Par
502

Ayuntamiento de Madrid

Par/1502

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

SENTENTIAE

# VETERVM POETARVM A GEORGIO MAIORE

primùm collectę, & per locos communes digeſtæ. nũc verò diligẽter recognitæ, & ex ipſis auctoribus, vt hodie editi ſunt, caſtigatæ.

SENTENTIAE *quædam Græcorum poetarum ſingulis verſibus Latinè redditæ.*

ANTONII MANCINELLI de poetica virtute libellus.

ANTVERPIAE,

Ex officina Chriſtoph. Plantini. cIↃ.IↃ.LXVI.

Ayuntamiento de Madrid

# POETAE, EX QVORVM LIBRIS HAE SENTENTIAE excerptæ ſunt, & emendatius editæ.

*Ennij, Varronis, Pub. Mimi, & aliorum iſtiuſmodi fragmenta.*

*Plautus ex editione Ioach. Camerarij.*

*Terentius ex edit. G. Fabricij, & A. Mureti.*

*Lucretius ex edit. D. Lambini & Ob. Giſanij.*

*Catullus, Tibullus, Propertius ex edit. A. Mureti.*

*Horatius ex edit. D. Lãbini, & Theod. Pulmãni.*

*Virgilius ex edit. Ioann. Pierij, & aliorum.*

*Manilius.*

*Lucanus ex edit. Theod. Pulmanni.*

*Iuuenalis, Perſius ex edit. eiuſdem.*

*Martialis ex edit. Hadr. Iunij.*

*Claudianus.*

*Auſonius.*

*Boethius.*

*Statius.*

*Seneca ex edit. Georg. Fabricij.*

*Silius Italicus.*

*Ouidius ex edit. Aldina & noſtra.*

*Prudentius ex edit. noſtra.*

Ayuntamiento de Madrid

# V. GISELINVS THEOD. PVLMANNO SVO S. D.

CHRISTOPHORI noſtri ingeniũ & diligentiam nõ ignoras. exornauerat ille nuper elegãtiſſimis ſuis formis, poëtarum collectas olim à G. Maiore ſententias. cùm autẽ omnia exempla priùs diuendita pænè eſſent, quàm vulgata, aut viſa, adduci non potuit ad alteram editionem, antequam de autographi ipſius rectitudine eſſet certus. prudenter mehercule. nam, mihi crede teſti huius rei locupletiſsimo, in omnibus, quæ adhuc fuere, editionibus, etiã illius hominis, cui meritò ſummæ diligentiæ ϛέφανον omnes deferunt, mendorum propemodum fuit, quàm ſententiarum, numerus maior. Neq; id quiſquam mirabitur, qui cogitauerit, in huiuſmodi conciſis & mutilis ſentẽtijs primi librarij errata ex ipſa orationis ἀκολουθίᾳ, vt in integris operibus fit, deprehẽdi, ac reſtitui à ſecundo librario haud facilè potuiſſe; augeri autem & deprauari potuiſſe facillimè. quis enim in hoc genere quid vnquam exire paſſus eſt ſine næuis? Atque hac ipſa quidẽ re factum eſt, vt mihi, dum amico meo gratificari, eiuſq; erga rem litterariam voluntatem & ſtudium hac tumultuaria recognitione adiuuare ſtudeo, ferè ipſi fontes fuerint adeũdi, ſępe etiam quęrendi non minore mediuſfidius moleſtia, quàm qui, vt ad riui alicuius caput deueniant, omnes eius obliquitates & anfractus, quàm longus eſt, emetiri & peruadere cogũtur. Adde quod marginum notæ modò traiectę, modò falſæ me, quamuis in poëtarũ ſcriptis non planè hoſpitem, non rarò ad deſperationem vſque defatigarint. Vnum illud voluptati fuit, videre inter conferẽdum iſta cum libris hodie euulgatis, quàm hæc noſtra ætas, præut illa Georgij fuit, felix ſit & beata: qua nimirum vera & antiqua



Ayuntamiento de Madrid

fori Rom forma veluti effoſſis è terra marmoribus in dies reſtituitur, & à Publiis, Quinctis, Titis, Marcis, alijſq; linguæ Latinæ meris principibus, tãquam ex Orco reuocatis, obitur, frequentatur, honeſtatur: qua, inquam, ſanctiſſimus eruditorum hominum Senatus hoc vnum ſtudio habet, vt rem publicam CIↃ.CCC. annorum clade pluſquam Cannenſi labefactatam & euerſam cõſtituat denuo, & amplificet modis, quibus poſſunt, optimis; nunc adoleſcentes in munerum functiones, ſeruos in libertatẽ, Barbaros in ciuitatem adſciſcẽdo; nunc tabularum publicarum reliquias ſtudioſè perquirendo, ſummaque religione expoliendo. cuius quidem rei conſideratio quàm alijs adlubeſcat; non laboro. De me hoc narrare poſſum, eam principem exſtitiſſe iyngem, quæ me vſq; adhuc non paſſa eſt omnino à litteris auelli: imò quæ iam profectum aliò quaſi fugitiuum de via retraxerit, adeoque pridem demulcere cœperit; vt, ſi modò res meæ ferrent, neque tam illiberaliter hodie, liberaliſſimæ hæ artes tractarentur; nunquam alium horum ſtudiorũ, quàm vitæ, facturus ſim finem & modum. Tibi verò, cariſſime Pulmanne, ſi, quantum voluptatis eadem ſtudia multis abhinc annis attulerint, & etiam nunc ferant, verbis exſequi velim; meæ quidem, vt ita loquar, inſaniæ velum obtendiſſe; vulgo autem rebus commẽticijs fidem & auctoritatem adferre voluiſſe videbor. cui enim facilè fiat veriſimile, hominem cõtinuo opere faciendo per XXX. annos fractum ad præſtãtiſſimum animi cultum potuiſſe ſe deflectere, & etiam hodie in extremo vitę actu vtrique operæ diem & horas partiri poſſe & impẽdere? quis credat ab eodem homine, in hac nobiliſſima veterum ſcriptorum emendatione, toti Belgicæ viam primùm omnium commonſtratam eſſe, pulcherrimoq; exemplo initam? Et illud quidem ita habere teſtis eſt oculata, neſcio quàm

Ayuntamiento de Madrid

quàm lubens , Antuerpia : de hoc verò (ne meo & omnium litteratorum nomine quid magnificẽtiùs dicam) eo minùs optimi Latinæ linguæ proceres, Terentius, Horatius, Iuuenalis , alijque multi ſi reuiuiſcant, tibi pro merito gratias habeant; qui diutiùs ac diligentiùs perpenderent , ſæpe hodie plus temporis atque operæ poni in ipſorum operibus in priſtinum reſtituendis , quam ipſi in ijſdem conficiendis ſumpſerint.de reſtitutione loquor,non qua ingenioſi ſed inepti patrum noſtrorum labores bonis libris vſq; adeò fraudi fuere & prope exitio;ſed quam noſtri homines maximo & planè incredibili ſtudio ac moleſtia è ſitu & pulueribus veterũ membranarum excutiunt . Hac ergo ſenectutis tuæ ſuauiſſima requiete & oblectamento cùm te vſq; adeò duci videam, vt veluti iſto viuido herbarum ſucco Æſonis inſtar recoct⁹ planè reiuueneſcas,ſiue,quod verius eſt, vt,qua florente alij ætate præſtare nequeant, ea tu in hac exacta conſequaris ; libuit hac epiſtola te adhortari, vt, quod facis , pergas porrò cum priuato voluptatis fructu publici boni ſtudiũ adiungere:neque quorundam hominum ingratitudinem aut vecordiam tanti facias, vt ea te ab honeſto incœpto demoueat.Scis,&expertus es,mi Theodore,multis abhinc annis, ſumma quæque, & laudatiſſima improborum conuicijs & prauis conatibus patére,ac maiorem partem appeti:quæ profectò res ſtimulare nos deberet,non auocare. Adhæc virtuti vix vllo vnquam ſæculo aliud præmium fuit, quàm ipſa ſibi.an potiora iam exſpectabimus,inclinantibus rebus omnibus ac prope depoſitis?Si ab ea poſſes paullulum deflectere , & animum ad adulationem,vulgi inanẽ applauſum,illiberalem quæſtũ, ceteraque de hoc genere adducere;gratos experirere non paucos.At negas te poſſe.Apage igitur mihi illam mentis hæſitationem ; & perge eadem animi



Ayuntamiento de Madrid

alacritate,qua hactenus. in primis ad laborioſiſſimā manu deſcriptorum librorum ad editos comparationem, non deſine noſtrorum hominum ſcripta peruolutare, & quod ipſis deeſt, de tuo addere: id eſt, quæ ipſi in aliena & à vulgo remotiſſima loca veluti in latebras quaſdam abdiderunt; ea tu tuo more in lucem & vulgi vſum effer. Hoc laboris genus ſi ingenioſæ illi arti examinandi ſingula & obſeruandi proximum ſtatui nō debeat; audeo tamen adſerere huius ſine illo in r.p. vix vllam vnquā eſſe vtilitatem. vt enim ipſos rudiores, & primùm incipiētes taceā, quibus decebat primis per hęc expreſſa antiquitatis veſtigia ad optimos Latinitatis magiſtros viam communiri; quotus eſt Theologus, Medicus, Iureconſultus, qui hos Græcæ & Latinæ linguæ commentarios, Cælij dico, Victorij, Mureti, Turnebi, & aliorum, vel ſemel inſpiciat? Atque, vt demus hoc euenire; cui quæſo ex iſtis tantum à rebus ſuis otij eſſe poteſt, vt tam varias in omnibus auctoribus caſtigationes diuerſiſſimè diſſipatas colligat, & ſuis vbiq; locis adnotet; præſertim cùm ea loca nullis ferè certis indicijs oſtenſa homini accurato & veterum ſcriptis propè immortuo vix ſeſe ſoleāt offerre? Imò pręſtare audeam, ne centeſimum quidem eorum, qui hiſce artibus politioribus non mediocriter tincti, aut etiam penitus imbuti videri volunt, huic labori, etiamſi lubenter eum capiant, ſufficere. quid de illis exiſtimandum eſt, qui non, niſi vel animi cauſa, vel vt ſcientiæ, quam profitentur, ornatum aliquem arceſſant, ad ipſos Rom. ſermonis fontes, vnde pueri hauſerūt, rarò admodum excurrūt? qui fontes ſi vitio aliquo polluti fuerint, vt ferè ſunt; etſi id alibi oſtenſum eſt, & eius cauendi ratio commonſtrata; non video tamen quæ inde vtilitas ad eum redire poſſit, qui eam rationem aut ignorat, aut frui non poteſt. Non igitur inter vlti-
mas

Ayuntamiento de Madrid

mas tuorum ſtudiorum laudes ea ponenda eſt; qua ſic etiam veterum ſcripta illuſtras: dum accenſa ab alijs lumina maximo labore extollis, & nobis quocunque euntibus præfers. Inuideat tibi & detrahat vnus,& item alter,qui hac ratione ſua furta & ſpolia deprehendi ac detegi moleſtè ferunt. nos,quibus integritate animi,quam attium noſtrarum nomine præ nobis ferimus, nihil prius eſt & antiquius; de hoc officio te, vt oportet, amare non deſinemus. Et à me vt huius certius aliquod indicium haberes; hanc noſtram opellam tuo nomini inſcripſi: ſimul vt quidquid à me pręteritum erit,tu,vbi erit commodum, in alijs editionibus de tuo addas; & eædẽ porrò emẽdationes, quas alij deinceps daturi ſunt, tua item diligentia his centonibus accedant. Vale. x. Kalend.Iun. CIↃↃ.LXVI.



Ayuntamiento de Madrid

## AD EVNDEM EPIGRAMMA I. G.

FVLLO *ſua pannos purgat Pulmannus vt arte,*
*Quò ſibi, quò gnatis farque, ſalémque paret:*
*Tempora ſic duro furtim ſucciſa labori*
*Dum tribuit ſtudijs, Pieriòque choro,*
*Eluit auctorum maculas, turpéſque lacunas,*
*Haud ſecus ac Phœbus diſcutiens tenebras.*
*Sed, quòd mẽte magis longè, quàm corpore pollet,*
*Multo plus pannis enituére libri.*
*Quod pretium eſt operæ? pro lucro dãna crumenæ.*
*Quin ſoluunt vates? hi nec habent danacen.*
*Harpyias ſolas, aſinóſque Arripia ditat,*
*Cæci Mammonæ filia, cæca marens.*
*Ergo adſint Muſæ, lubeat ſi quando famere,*
*Huc, vbi Pulmannum dipſacus vnus alit.*
*Soluite nunc pueri griphum, quî lanea tela*
*Expurgata libros emaculare queat.*

Ayuntamiento de Madrid

# SENTENTIAE VETERVM POETARVM PER LOCOS COMmunes digeſtæ.

## VIRTVS.

*Virtvs, eſt vitium fugere: & ſapientia prima,* Hor.1.epl.
*Stultitia caruiſſe.*
**Virtus eſt medium vitiorum, & vtrinque redactum.* ibidem.
**Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.* ibidem.
**Iudice te mercede caret, per ſeque petenda eſt,* Ou.2.de Pont.
*Externis virtus incomitata bonis.*
**Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.* Sil.13.
**Virtus præmium eſt optimum, virtus omnibus* Plaut.Amph.
*Rebus anteit profectò, libertas, ſalus, vita,*
*Res, parentes, patria, & prognati tutantur, ſeruantur.*
*Virtus omnia in ſe habet, omnia adſunt bona, quem pe nes eſt virtus.*
*-Tanto maior famæ ſitis eſt, quàm* Iuuen.10.
*Virtutis. quis enim virtutem amplectitur ipſam,*
*Præmia ſi tollas?-*
**Fraude perit virtus.* Ou.2.Faſt.
**Virtutem incolumem odimus,* Hor.3.Car.
*Sublatam ex oculis quærimus inuidi.*
**Oderunt peccare boni, virtutis amore.* Epiſt.1.
**Difficile eſt, fateor, ſed tendit in ardua virtus.* Ouid.2.Pont.
**Inuia virtuti nulla eſt via.-* Met.14.
**Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſoláque latè,* Clau.con.
*Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis* Manlij Th.
*Erigitur, plauſúue petit clareſcere vulgi,*
*Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis:*
*Diuitijs animoſa ſuis, immotáque cunctis*
*Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce:*
*Hanc tamen inuitam blandè veſtigat, & vltrò*



Ayuntamiento de Madrid

Ambit honor, docuit totiens à rure profectus
Lictor, & in medijs conſul quæſitus aratris.
id.1.Pont. *Sed probitas magnos, ingeniúmque facit.
Virg. 10. -Sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus.
Virg. *Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,
Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilémque aditum primùm ſpectantibus offert:
Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo.
Molle oſtendit iter via lata, ſed vltima meta
Præcipitat captos, voluítque per ardua ſaxa.
Quiſquis enim duros caſus virtutis amore
Vicerit; ille ſibi laudémque decúſque parabit.
At qui deſidiam, luxúmque ſequetur inertem,
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores,
Turpis, inópſque ſimul, miſerabile tranſiget æuum.
Sil.4. *Explorans aduerſa viros, pérque aſpera duro
Nititur ad laudem virtus interrita cliuo.
Hor.4. Car. Paulùm ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus.
nec.in Her.oe. *Imperia dura tolle, quid virtus erit?
Ibidem. *Nunquam Stygias fertur ad vmbras
Inclyta virtus-
n Herc.furen. *Virtutis eſt domare, quæ cuncti pauent.
In Theb. *Non eſt, vt putas, virtus, pater,
Timere vitam, ſed malis ingentibus
Obſtare, nec ſe vertere, ac retrò dare.
In Med. *Nunquam poteſt non eſſe virtuti locus.
Ou.2.Pont. -Tendit in ardua virtus.
Hor.epiſt.6. *Inſani ſapiens nomen feret, æquus iniqui,
Vltrà quàm ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.

Tota

Ayuntamiento de Madrid

*Tota licet veteres exornent vndique ceræ Iuuen. 8.
Atria, nobilitas, ſola eſt, atque vnica virtus.
-Semita certè Idem 10.
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.
*Creuit in aduerſis virtus. Lucan. 3.
*Facile ſibi facunditatem virtus arguta inuenit. Plaut. Truc.
*-Virtus futile nomen, Sil. 9.
Ni decoris adſint patiendo tempora leti.
-Virtute decet, non ſanguine niti. Claud. in Eu
*Magnanima, inuidia, virtus caret. Sil. 15.
*Qui per virtutem peritat, non pol interit. Plaut. Capt.
-Probitas laudatur, & alget. Iuuen. 1.
*Virtus repulſæ neſcia ſordidæ in- Hor. 3. Car.
Contaminatis fulget honoribus,
Nec ſumit, aut ponit ſecures,
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cælum, negata tendit iter via,
Cætúſque vulgares, & vdam
Spernit humum, fugiente penna.
*Dos eſt magna, parentium Ibidem.
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas,
Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.
*-Serpens, ſitis, ador, arenæ, Luca. 9.
Dulcia virtuti, gaudet patientia duris.
Lætius eſt quoties magno ſibi conſtat honeſtum.
*Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet. Ouid. 4. Triſt.
Publica virtutis per mala facta via eſt.
*Quæ latet, ínque bonis ceſſat non cognita rebus, Paulò pòſt.
Apparet virtus, arguitúrque malis.
*Non eſt gemendus, nec graui vrgendus nece, Senec. in Her

Virtute

Ayuntamiento de Madrid

*Virtute quiſquis abſtulit fatis iter.*
ibidem. **Virtus in aſtra tendit, in mortem timor.*
In Medæa. **Nunquam poteſt virtuti non eſſe locus.*
riptio volu- **Has lauri reſidens iuuenis viridante ſub vmbra,*
s & virtut. Ital. ex Xe- *Aedibus extremis voluebat pectore curas,*
onte. *Cùm ſubito aſſiſtunt dextra, læuáque per auras*
*Allapſæ, haud paulum mortali maior imago,*
OLVPTAS. *Hinc Virtus, illinc Virtuti inimica Voluptas:*
*Altera Achæmenium ſpirabat vertice odorem,*
*Ambroſias diffuſa comas, & veſte refulgens,*
*Oſtrum quam fuluo Tyrium ſuffuderat auro,*
*Fronte decor quæſitus acu, laſciuáque crebras*
*Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.*
VIRTVS. *Alterius diſpar habitus, frons hirta, nec vnquam*
*Compoſita mutata coma, ſtans vultus & ore,*
*Inceſſúque viro proprior, lætíque puderis,*
*Celſa humeros, niueæ fulgebat ſtamine pallæ.*
*Occupat inde prior promiſſis fiſa Voluptas,*
*Quis furor hic non digne puer conſumere bello*
*Florem æui? Cannæ tibine grauióque palude*
*Mæonius Stygia lacus exceſſere? Padúſque?*
*Quem tandem ad finem bellando fata laceſſes?*
*Túne etiam tentare paras Athlantia regna?*
*Sidoniáſque domos? moneo, certare periclis*
*Deſine, & armiſonæ caput obiectare procellæ.*
*Ni fugis hos ritus, virtus te ſæua iubebit*
*Per medias volitare acies, medióſque per ignes.*
*Hæc patrem patruumque tuos, hæc prodiga Paulum,*
*Hæc Decios Stygias Herebi detruſit ad vndas,*
*Dum cineri titulum, memorandáque nomina buſtis*
*Prætendit, nec ſenſuræ, quid geſſerit, vmbræ.*
*At ſi me comitere puer, non limite duro*

Iam

Ayuntamiento de Madrid

*Iam tibi decurret conceſſi temporis ætas,*
*Haud vnquam trepidos abrumpet buccina ſomnos,*
*Non glaciem Arctoam, non experiere furentis*
*Ardorem Cancri, nec menſas ſæpe cruento*
*Gramine compoſitas, aberunt ſitis aſpera, & hauſtus*
*Sub galea puluis, partíque timore labores.*
*Sed current albusqúe dies, horæ que ſerenæ,*
*Et molli dabitur victu ſperare ſenectam,*
*Quantas ipſe Deus lætos generauit in vſus*
*Res homini! plenáque dedit bona gaudia dextra!*
*Atque idem exemplar lenis mortalibus æui*
*Imperturbata placidus tenet otia mente.*
*Illa ego ſum Anchiſæ Venerem Simoentis ad vndis*
*Quæ iunxi, generis vobis vnde editus auctor.*
*Illa ego ſum, verti ſuperûm quæ ſæpe parentem*
*Nunc auis in formam, nunc torua in cornua tauri.*
*Huc aduerte aures, currit mortalibus æuum,* Tēpus vola
*Nec naſci bis poſſe datur, fugit hora, rapítque*
*Tartareus torrens, ac ſecum ferre ſub vmbras,*
*Si qua animo placuere, negat: quis luce ſuprema*
*Dimiſiſſe meas ſerò non ingemit horas?*
*Poſtquam conticuit, finíſque eſt addita dictis,*
*Tunc virtus, Quánam iuuenem florentibus, inquit,*
*Pellicis in fraudes annis, vitæque tenebras?*
*Cui ratio & magnæ cæleſtia ſemina mentis*
*Munere ſunt conceſſa deûm: mortalibus alti*
*Quantum cælicolæ, tantundem animalibus iſti* Genus hun quale ſit.
*Præcellunt cunctis, tribuit nanque ipſa minores*
*Hos terris natura deos: ſed fœdere certo,*
*Degeneres tenebris animas damnauit Auernis.*
*At queis ætherei ſeruatur ſeminis ortus,*
*Cæli porta patet: referam quid cuncta domantem*

Amphi-

Ayuntamiento de Madrid

*Amphitryoniadem? quid, cui poſt Seras & Indos*
*Captiuo Liber, cùm ſigna referret ab Euro,*
*Caucaſeæ currum duxère per oppida Tigres?*
*Quid ſuſpiratos magno in diſcrimine nautis*
*Ledæos referam fratres? veſtrúmque Quirinum?*

...manæ naturę ...cellentia.

*Nonne vides hominum, vt celſos ad ſidera vultus*
*Suſtulerit Deus? ac ſublimia finxerit ora,*
*Cùm pecudes, volucrúmque genus, formáſque ferarum,*
*Segnem atque obſcœnam paſſim ſtrauiſſet in aluum?*
*Ad laudes genitum capiat ſi munera diuûm,*
*Felix ad laudes hominum genus, huc age paulùm*
*Aſpice, nec longè repetam. modò Roma minanti,*
*Impar Fidenæ, contentaque creſcere Aſylo,*
*Quo ſeſe extulerit dextris, idem aſpice latè,*
*Florentes quondam luxus quas verterit vrbes.*
*Quippe nec ira deûm tantum, nec tela, nec hoſtes,*
*Quantum ſola noces animis illapſa Voluptas.*
*Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus & atris*
*Circa te ſemper volitans infamia pennis.*
*Mecum honor & laudes, & læto gloria vultu,*
*Et decus, & niuëis victoria concolor alis.*
*Me cinctus lauro perducit ad aſtra triumphus.*
*Caſta mihi domus, & celſo ſtant colle Penates.*
*Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo:*
*Aſpera principio: nec enim mihi fallere mos eſt:*
*Proſequitur labor: adnitendum intrare volenti:*
*Nec bona conſcendunt, quæ ſors infida dediſſet,*
*Atque eadem rapuiſſe valet: mox celſus ab alto*
*Infra te cernes hominum genus, omnia contrà*
*Experienda manent, quàm ſpondent blanda Voluptas.*
*Stamine proiectus duro patiere ſub aſtris,*
*Inſomnes noctes, frigúſque, faméſque domabis.*

*Idem*

Ayuntamiento de Madrid

Idem iuſtitiæ cultor, quæcunque capeſſes,
Teſtes factorum ſtare arbitrabere diuos.
Tunc quoties patriæ rerûmque pericula poſcent,
Arma feres primus, primus te in mœnia tolles
Hoſtica, nec ferro mentem vincére, nec auro.
Hinc tibi non Tyrio vitiatas murice veſtes,
Nec donum deforme viro fragrantis amomi:
Sed dabo, qui veſtrum ſæuo nunc Marte fatigat
Imperium ſuperare manu, laurúmque ſuperbam
In gremio Iouis excißis deponere Pœnis.
*-Blandóque veneno Sil.3.
Deſidiæ Virtus paulatim euicta ſeneſcit.
*Et fractis rebus violentior vltima virtus. Idem 1.

BONVM.

*Fortiter malum qui patitur, idem poſt patitur bonum. Plaut. Aul.
*Tum denique omnes noſtra intelligimus bona, In Capt.
Cùm quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.
*Proximum quod ſit bono, quodqúe à malo longißimè, paulò poſt.
Id volo.-
*Nulli eſt homini perpetuum bonum: in Cur.
Iã huic voluptati hoc adiumentũ odiũ eſt. [tur bona?
*Quid reliqui eſt, quin habeat quæ quidẽ in hoĩe dicun- Ter. Heaut.
Parẽtes, patriã ĩcolumẽ, amicos, genꝰ, cognatos, diuitias
Atq; hæc perinde ſunt, vt illius animus, qui ea poßidet,
Qui vti ſcit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, mala.
*Prima mihi debes animi bona ſanctus haberi, Iuuenal.
Iuſtitiæqúe tenax, factis dictíſque mereris.
-Sola perpetuò manent Senec. Oct.
Subiecta nulli mentis atque animi bona.

VITIVM.

Nam vitijs nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt, Horat. 1. Serm.
Qui minimis vrgetur.

*Aui-

Ayuntamiento de Madrid

Perſ. 1. *Auriculas aſini quis non habet?
Prop.2. *Vnicuique dedit vitium natura creato.
Hor.Od.2. -nihil eſt ab omni
Parte beatum.
Claud.2.in Eutr. *Sed quia cæcus ineſt vitijs amor, omne futurum
Deſpicitur, ſuadentque breuem præſentia fructum,
Et ruit in vetitum damni ſecura libido.
Hor.1.Car.3. *Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.

## ALIORVM VITIA FACILE CERNI, noſtra non item.

Catullus. -Suus cuique attributus eſt error:
Sed non videmus manticæ quid in tergo eſt.
Perſ.4. *Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo:
At præcedenti ſpectatur mantica tergo.
Hor.1.Ser.3. *Mænius abſentem Neuium cùm carperet, heus tu
Quidam ait, ignoras te? an vt ignotum dare nobis
Verba putas? egomet mi ignoſco, Mænius inquit.
Philautia. Stultus & improbus hic amor eſt, dignúſque notari,
Cùm tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut ſerpēs Epidaurius? at tibi cōtrà
Euenit, inquirant vitia, vt tua rurſus & illi.
Conſuetudo. -Denique teipſum
Concute, num qua tibi vitiorum inſeuerit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala: namque
Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.
*Pit.Mit. *Ignoſcas alijs multum, nihil tibi.
Ter.Heaut. *Itáne comparatam eſſe hominum naturam omnium,
Aliena melius vt videant, & iudicent, quàm ſua?
Iuue.2. *Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.

VITIA

Ayuntamiento de Madrid

### VITIA PRO VIRTVTIBVS.

*Fallit enim vitium ſpecie virtutis & vmbra,* Iuuen. 14.
*Cùm ſit triſte habitu vultuque & veſte ſeuerum.*
*Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo,* Oui. 1. de reme.
*Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.*
*Decipimur ſpecie recti.-* Hor. Arte poet.

### AD VITIA FACILIS ADITVS, reditus difficilis.

*--Facilis deſcenſus Auerni.* Virg. 6.
*Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.*
*Sed reuocare gradum, ſuperáſque euadere ad auras,*
*Hoc opus, hic labor eſt: pauci quos æquus amauit*
*Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.*

### DESCRIPTIO INFERORVM.

*Veſtibulum ante ipſum, primiſq; in faucibus Orci* Virg. 6. Aeneid.
*Luctus, & vltrices poſuere cubilia Curæ,*
*Pallentéſque habitant Morbi, triſtíſque Senectus,*
*Et Metus, & maleſuada Fames, & turpis Egeſtas,*
*(Terribiles viſu formæ) Lethúmque, Laborque.*
*Tum conſanguineus lethi ſopor, & mala mentis*
*Gaudia, mortiferúmque aduerſo in limine Bellum,*
*Ferreique Eumenidum thalami, & Diſcordia demens,*
*Vipereum crinem vittis innexa cruentis.*
*In medio ramos, annoſáque brachia pandit*
*Vlmus opaca, ingens, quam ſedem Somnia vulgò*
*Vana tenere ferunt, foliíſque ſub omnibus hærent.*
*Multáque præterea variarum monſtra ferarum* Quę mōſtra ſint apud inferos.
*Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæqúe biformes,*
*Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ*
*Horrendum ſtridens, flammíſque armata Chimæra,*
*Gorgones, Harpyíæqúe, & forma tricorporis vmbræ:*
*Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas:*

Turbidus hîc cœno, vaſtáque voragine gurges
Aeſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.
Charontis deſcriptio & officium. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat
Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento
Canities inculta iacet, ſtant lumina flamma,
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus:
Ipſe ratem conto ſubigit, velíſque miniſtrat,
Et ferruginea ſubuectat corpora cymba
Iam ſenior, ſed cruda Deo, viridíſque ſenectus.
Huc omnis turba ad ripas effuſa ruebat,
Matres atque viri, defunctáque corpora vita
Magnanimûm heroum, pueri innuptæque puellæ,
Impoſitíque rogis iuuenes ante ora parentum:
Quàm multa in ſiluis autumni frigore primo
Lapſa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
Stabant orantes primi tranſmittere curſum:
Tendebántque manus ripæ vlterioris amore:
Nauita, ſed triſtis nunc hos, nunc accipit illos,
Aſt alios longè ſummotos arcet arena.
Cerberus. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat, aduerſo recubans immanis in antro:
Cui vates horrere videns iam colla colubris,
Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam
Obijcit: ille fame rapida tria guttura pandens,
Corripit obiectam, atque immania terga reſoluit,
Fuſus humi, totóque ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum, cuſtode ſepulto,
Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ.
Maniũ apud inferos variũ ſitũ & locum deſcribit. Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,
Infantúmque animæ flentes in limine primo:

Quos

Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo:
Hos iuxta falſo damnati crimine mortis.
Nec verò hæc ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes: Minos, & eius munus.
Quæſitor Minos vrnam mouet, ille ſilentum,
Conciliumque vocat, vitáſque & crimina diſcit.
Proxima deinde tenent mæſti loca, qui ſibi lethum
Inſontes peperere manu, lucémque peroſi,
Proiecere animas: quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!
Fata obſtant, triſtíque palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfuſa coërcet.
Nec procul hinc partem fuſi monſtrantur in omnem
Lugentes campi: Sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylua tegit: curæ non ipſa in morte relinquunt:
His Phedram, Procrínque locis, mæſtamque Eriphilen
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit
Euadnénque, & Paſiphaën: his Laodomia
It comes, & iuuenis quondam, nunc fœmina Cenæus
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram:
Reſpicit AEneas ſubitò, & ſub rupe ſiniſtra
Mœnia lata videt, triplici circundata muro,
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquétque ſonantia ſaxa.
Porta aduerſa ingens, ſolidóque adamante columnæ:
Vis vt nulla virûm non ipſi exſcindere ferro
Cælicolæ valeant: ſtat ferrea turris ad auras,
Tiſiphonéque ſedens palla ſuccincta cruenta,
Veſtibulum inſomnis ſeruat, noctéſque diéſque.
Hinc exaudiri gemitus, & ſæua ſonare

Verbera, tum ſtridor ferri, tractæque catenæ.
hadamanthus. Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna,
Caſtigátque audítque dolos, ſubigítque fateri,
Quæ quis apud ſuperos, furto lætatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Continuò ſonteis vltrix accincta flagello
Tiſiphone Tiſiphone quatit inſultans, toruóſque ſiniſtra
Intentans angues, vocat agmina ſæua ſororum.
Tum demum horriſono ſtridentes cardine ſacræ
Panduntur portæ: cernis cuſtodia qualis
Veſtibulo ſedeat, facies quæ limina ſeruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet ſedem: tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum, tendítque ſub vmbras,
Quantus ad ætherium cœli ſuſpectus olympum.
Impietas erga Hîc genus antiquum terræ, Titania pubes,
Deos. Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo:
Hîc & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere cœlum
Aggreſſi, ſuperíſque Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur olympi.
Quattuor hic inuectus equis, & lampada quaſſans
Per Graiûm populos, mediæque per Elidis vrbem,
Ibat ouans, diuûmque ſibi poſcebat honorem:
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
AEre, & cornipedum curſu ſimularat equorum.
At pater omnipotens denſa inter nubila telum
Contorſit, non ille faces, nec fumea tædis
Lumina, præcipitémque immani turbine adegit.
Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus

Porri-

Ayuntamiento de Madrid

Porrigitur : roſtróque immanis vultur adunco
Immortale iecur tundens, fœcundaque penis
Viſcera, rimatúrque epulis, habitátque ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoúmque?
Quos ſuper atra ſilex iam iam lapſura, cadentíque
Imminet aßimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra thoris, epulæque ante ora paratæ
Régifico luxu. Furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere menſas,
Exurgítque facem attollens, atque intonat ore.
Hic, quibus inuiſi fratres, dum vita manebat, Impietas ergo parentes.
Pulſatúſque parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis, Auaritia.
Nec partem poſuere ſuis, quæ maxima turba eſt.
Quique ob adulterium cæſi, quíque arma ſequuti Adulterium. Seditio. Periurium.
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Incluſi pœnam exſpectant. ne quære doceri,
Quam pœnā, aut quæ forma viros, fortunáue merſit.
Saxum ingens voluunt alij, radiíſque rotarum Cauſis ſupplici ſubiungit.
Diſtricti pendent, ſedet, æternúmque ſedebit
Infelix Theſeus, Phlegiáſque miſerrimus omneis
Admonet, & magna teſtatur voce per vmbras,
Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem Proditio.
Impoſuit, fixit leges pretio, atque refixit.
Hic thalamum inuaſit natæ, vetitóſque hymenæos, Fraus.
Auſi omnes immane nephas, auſóque potiti.
Non mihi ſi linguæ centum ſint, oráque centum,
Ferrea vox, omneis ſcelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.



Ayuntamiento de Madrid

## ELYSII CAMPI DISCRIPTIO.

His demum exactis, perfecto munere diuæ,
Deuenere locos lætos, & amœna virecta
Fortunatorum nemorum, ſedéſque beatas,
Largior hîc campos æther & lumine veſtit
Purpureo, ſolémque ſuum ſua ſydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæſtris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt, choreas, & carmina dicunt.
Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos,
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Iámque eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.
Hîc genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi heroës, nati melioribus annis,
Ilúſque Aſſaracúſque, & Troiæ Dardanus autor.
Arma procul currúſque virûm miratur inanes,
Stant terræ defixæ haſtæ, paſſímque ſoluti
Per campos paſcuntur equi, quæ gratia currûm
Armorúmque fuit viuis, quæ cura nitentes
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.
Conſpicit ecce alios dextra, læuáque per herbam
Veſcentes, lætúmque choro Pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus, vnde ſupernè
Plurimus Eridani per ſyluam voluitur amnis:
Elyſiorum incolæ qui.
Hîc manus ob patriam pugnando vulnera paſſi,
Quíque ſacerdotes caſti, dum vita manebat,
Quíque pij vates, & Phœbo digna locuti,
Inuentas aut qui vitam excoluere per arteis,
Quíque ſui memores alios fecere merendo:
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.
Ou. Met. 4.
Eſt via decliuis funeſta nubila taxo,
Cuius ad infernas per multa ſilentia ſedes

Styx

Ayuntamiento de Madrid

Styx nebulas exhalat iners: vmbræq́ue recentes
Deſcendunt illac, ſimulachráque functa ſepulchris.
Pallor, hiémsque tenent latè loca ſenta: nouíque,
Quà ſit iter manes Stygiam quod ducat ad vrbem,
Ignorant, vbi ſit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus, & apertas vndique portas
Vrbs habet, vtque fretum de tota flumina terra,
Sic omneis animas locus accipit ille: nec vlli
Exiguus populo eſt, turbámue accedere ſentit:
Errant exangues ſine corpore & oſsibus vmbræ,
Párſque forum celebrant, pars imi tecta tyranni,
Pars aliquas arteis antiquæ imitamina vitæ
Exercent, aliam partem ſua pœna coërcet.
Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouémque
Iugeribus diſtractus erat. Tibi Tantale nullæ
Deprenduntur aquæ: quæq́ue imminet, effugit arbor.
Aut petis, aut vrges ruiturum Siſyphe ſaxum.
Voluitur Ixion, & ſe ſequitúrque fugítque.
Molirique ſuis lethum patruelibus auſæ,
Aſsiduè repetunt, quas perdant, Belides vndas.
Hîc tenebras agitant, volitantque per vmbras Sili' Ital. lib. 13.
Innumeri quondam populi. domus omnibus vna.
In medio vaſtum latè ſe tendit inane.
Huc, quicquid terræ, quicquid freta, & igneus æther
Nutriuit primo mundi genitalis ab æuo,
Mors communis agit. deſcendunt cuncta: capítque
Campus iners, quantum interijt, reſtátque futurum. Decem inferorũ portæ.
Cingunt regna decem portæ, quarum vna receptat
Belligeros dura Gradiui ſorte creatos. 1.
Altera, qui leges poſuere, atque inclyta iura 2.
Gentibus, & primas fundarunt mœnibus vrbes.
Tertia ruricolas, Cereris iuſtiſsima turba, 3.



Ayuntamiento de Madrid

Quæ venit ad manes, & fraudum illæſa veneno.
4 Exin qui lætas artes, vitæque colendæ
Inuenere viam, nec dedignanda parenti
Carmina fuderunt Phœbo, ſua limina ſeruant.
5 Proxima quos venti ſæuæquè hauſere procellæ,
Naufraga porta rapit, ſic illam nomine dicunt.
6 Finitima huic noxa grauido, & peccaſſe fatenti
Vaſta patet populo, pœnas Rhadamanthus in ipſo
Expetit introitu, mortémque exercet inanem.
7 Septima femineis reſeratur porta cateruis,
Liuentes vbi caſta fouet Proſerpina lucos.
8 Infantum hinc gregibus, verſas ad funera tædas
Paſſim virginibus, turbæquè in limine lucis
Eſt iter extinctæ, & vagitu ianua nota.
9 Tum ſeducta loco, & laxata lucida nocte
Clauſtra nitent: quæ ſecreti per limitis vmbram
Elyſios ducunt campos, hîc turba piorum
Nec Stygio in regno, cæli nec poſta ſub axe.
Verùm vltra Oceanum ſacro certamina fonti,
Lethæos potat latices obliuia mentis.
10 Extrema hinc auro fulgens, iam lucis honorem
Sentit, & admoto ſplendet ceu ſidere lunæ.
Hac animæ cælum repetunt, ac mille peractis
Oblitæ Ditem redeunt in corpora luſtris.
Has paſſim nigrum pandens mors lurida rictum,
Itque, redítque vias, & portis omnibus errat.
Tum iacet in ſpatium ſine corpore pigra vorago,
Limoſique lacus latè exundantibus vrit
Fluuij infernales. Ripas ſæuus aquis Phlegethon, & turbine anhelo
Flammarum reſonans ſaxoſa incendia torquet.
Parte alia torrens Cocytus ſanguinis atri
Vorticibus furit, & ſpumanti gurgite fertur.

At

Ayuntamiento de Madrid

*At magnis ſemper diuis, regíque deorum*
*Iurari dignata palus, picis horrida riuo*
*Fumiferum voluit Styx inter ſulfura limum.*
*Triſtior his Acheron ſanie, craſſóque veneno*
*Aeſtuat, & gelidam eructans cum murmure arenam*
*Deſcendit nigra lentus per ſtagna palude.*
*Hanc optat ſaniem non vno Cerberus ore,*
*Hæc & Tiſiphones ſunt pocula, & atra Megæra*
*Hic ſitit, ac nullo rabies extinguitur hauſtu.*
*Vltimus erumpit lacrymarum fontibus amnis,*
*Ante aulam, atque aditus, & inexorabile limen.*
*Quarta cohors omni ſtabulante per atria monſtro*
*Excubat, & manes permixto murmure terret,*
*Luctus edax, Maciéſque malis comes addita morbis,*
*Et Mœror paſtus fletu, & ſine ſanguine Pallor,*
*Curæqúe, Inſidiæqúe, atq; hinc queribunda Senectus,*
*Hinc angens vtráque manu ſua guttura Liuor:* Liuor.
*Et deforme malum, ac ſceleri proclinis Egeſtas:* Egeſtas.
*Erróque infido greſſu, & Diſcordia gaudens* Diſcordia.
*Permiſcere fretum cælo: ſed & hoſtia Ditis*
*Centenis ſuetus Briareus excludere palmis,*
*Et Sphynx virgineos rictus infecta cruore,*
*Scylláque, Centauríque truces, vmbræque Gigantum.*
*Cerberus hic ruptis peragrat cum Tartara vinclis,*
*Non ipſa Alecto, nec fœta furore Megæra*
*Audet adire ferum, dum fractis mille catenis*
*Viperea latrans circumligat ilia cauda.*
*Dextera vaſta comas nemoroſáque brachia fundit*
*Taxus, Cocyti rigua frondoſior vnda.*
*Hic diræ volucres, paſtúſque cadauere vultur,*
*Et multus bubo, ac ſparſis Stryx ſanguine pennis,*
*Harpyiæque fouent nidos, atque omnibus hærent*



Ayuntamiento de Madrid

Condenſæ folijs, nutat ſtridoribus arbor.
Has inter formas coniunx Iunonis Auernæ,
Suggeſtu reſidens cognoſcit crimina regum.
Stant vincti, ſeróque piget ſub iudice culpæ.
Tyrannis. Circum errant Furiæ, pœnarúmque omnis imago.
Quàm vellent nunquam ſceptris fulſiſſe ſuperbis.
Inſultant duro imperio, non digna nec æqua
Ad ſuperos paſſi Manes: quæque ante profari
Non licitum viuis, tandem permiſſa queruntur.
Prometheus. Tunc altus ſæuis religatur rupe catenis.
Siſyphus. Aſt alius ſubigit ſaxum, pérque ardua montis.
Vipereo domat hunc æterna Megæra flagello.
Talia læthiferis reſtant patienda tyrannis.
Tibul. I. *At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda
Abdita, quam circum flumina nigra ſonant.
Tiſiphonéque impexa feros pro crinibus angues
Sæuit, & huc illuc impia turba fugit.
Tum niger in turba ſerpentum Cerberus ore
Stridet, & æratas excubat ante fores.
Illic Iunonem tentare Ixionis auſi
Verſantur celeri noxia membra rota,
Porrectúſque nouem Tityus per iugera terræ,
Aſſiduas in atro viſcere paſcit aues.
Tantalus eſt illic, & circum ſtagna, ſed acrem
Iam iam poturi deſerit vnda ſitim.
Et Danai proles, Veneris quòd numina leſit,
In caua lethæas dolia portat aquas.
Clau. 2. in Ruff. *Eſt locus infauſtis, quo conciliantur in vnum
Cocytus Phlegetónque vadis, inamœnus vterque
Alueus, hic voluit lachrymas, hic igne redundat.
Turris per geminos flammis vicinior amnes
Porrigitur, ſolidóque rigens adamante, ſiniſtro
Proluit

Ayuntamiento de Madrid

Proluit igne latus, dextra Cocytia fundit
Aequora, triſte gemens, & flexu concita plangit.
Huc poſt emeritam mortalia ſæcula vitam
Deueniunt, vbi nulla manent diſcrimina fati,
Nullus honor, vanóque exutum nomine regem
Proturbat plebeius egens. quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos:
Et iuſtis dirimit ſontes, quos nolle fateri
Viderit, ad mala mox tranſmittit verbera fratris:
Nam iuxta Rhadamanthus agit congeſta ſuperni
Curriculi; totóſque diu proſpexerit actus,
Exæquat damnum meritis, & muta ferarum
Cogit vincla pati, truculentos ingerit vrſis:
Prædonéſque lupis, fallaces vulpibus addit.
At qui deſidia ſemper, vinóque grauatus,
Indulgens Veneri voluit torpeſcere luxu,
Hunc ſuis immundæ pingues detrudit in artus.
Qui iuſto plus eſſe loquax, arcanáque ſueuit
Prodere, piſcoſas fertur victurus in vndas,
Vt nimiam penſent æterna ſilentia vocem.
Quos vbi per varios annos, per mille figuras
Egit Lethæo purgatos flumine, tandem
Rurſus ad humanæ reuocat primordia formæ.

VIR BONVS AC PROBVS.

Hi mores, hæc duri immota Catonis — Lucanus lib. 2. de Catone.
Secta fuit, ſeruare modum, finémque tenere,
Naturámque ſequi, patriæque impendere vitam,
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.
Huic epulæ, viciſſe famem: magníque Penates,
Submoniſſe hyemem tecto; pretioſáque veſtis,
Hirtam membra ſuper Romani more Quiritis
Induxiſſe togam, Veneriſque huic maximus vſus,

Proge-

Ayuntamiento de Madrid

Progenies, vrbi pater eſt, vrbíque maritus,
Iuſtitiæ cultor, rigidi ſeruator honeſti,
In commune bonus, nullóſque Catonis in actus
Subrepſit, partémque tulit ſibi nata voluptas.

Sili' 25. de Lęlio.
*Magnum Dardaniæ Læli decus, omnia felix
Cui natura dedit, nullo renuente deorum.
Ille foro auditus, cùm dulcia ſolueret ora,
AEquabat Pyliæ Neleia verba ſenectæ.
Ille vbi ſuſpenſi patres, & curia vocem
Poſceret, & cantu ducebat corda ſenatus.
Idem cùm ſubitum campo perſtrinxerat aures
Murmur triſte tubæ, tanto feruore ruebat
In pugnam, atque acies, vt natum ad ſola liqueret
Bella, nihil vitæ peragi ſine laude placebat.

Ou. 2. Pont.
*Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati:
Non hæc Aegidæ Pirithoíque fides.

Virgilius vel potius Auſonius.
*Vir bonus & ſapiens, qualem vix repperit vnum
Millibus è multis hominum conſultus Apollo,
Iudex ipſe ſui, totum ſe explorat ad vnguem.
Quid proceres, vaníque ferat quid opinio vulgi,
Securus: mundi inſtar habens, teres atque rotundus,
Externæ ne quid labis per læuia ſidat.
Ille, dies quàm longus erit ſub ſidere Cancri,
Quantáque nox tropico ſe porrigit in Capricorno,
Cogitat, & iuſto trutinæ ſe examine penſat,
Nec quid hiet, ne quid protuberet, angulus æquis
Partibus vt coëat, nil vt deliret amuſſis:
Sit ſolidum quodcunque ſubeſt, nec mania ſubtus
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum,
Omnia quàm longi reputauerit acta diei:
Quò prætergreſſus? quid geſtum in tempore, quid non?

Cur

Ayuntamiento de Madrid

Cur iſti facto decus abſuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc ſententia ſedit,
Quam melius mutare fuit? miſeratus egentem
Cur aliquem fracta perſenſi mente dolorem?
Quid volui, quod nolle bonum foret? vtile honeſto
Cur malus antetuli? num dicto, aut denique vultu
Perſtrictus quiſquam? cur me natura magis, quàm
Diſciplina trahit? ſic dicta, & facta per omnia
Ingrediens, ortóque à veſpere cuncta reuoluens,
Offenſus prauis, dat palmam & præmia rectis.
*Integer vitæ, ſceleriſque purus Horat.1.car.22.
Non eget Mauris iaculis, neque arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis,
Fuſce, pharetra,
Siue per Syrtes iter æſtuoſas,
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.
Nanque me ſilua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, & vltra
Terminum curis vagor expeditis,
Fugit inermem:
Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit æſculetis,
Nec Iubæ tellus generat, leonum
Arida nutrix.
Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æſtiua recreatur aura,
Quod latus mundi nebulæ, malúſque
Iupiter vrget.
Pone ſub curru nimium propinqui
Solis in terra domibus negata,

Dulce

Ayuntamiento de Madrid

Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

Plaut. in Rudēte. *Supplicij facilius pius à dijs ſupplicans,
Quàm qui ſceleſtus eſt, inuenit veniam ſibi.

Hor. 1. Epiſt. 16. -Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges, iuráque ſeruat.

Ibidem. *Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu
Rector Thebarum quid me perferre, patíque
Indignum coges? adimam bona: nempe pecus, rem,
Lectos, argentum. tollas licet. in manicis &
Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe Deus, ſimulátque volam, me ſoluet. opinor
Hoc ſentit: moriar. mors vltima linea rerum eſt.

1. Epiſt. 7. *Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratum,
Nec tamen ignorat quid diſtent æra lupinis.

1. Epiſt. 16. *Oderunt peccare boni virtutis amore.

1. Epiſt. 8. *Vir bonus & ſapiens repetit quod nuper omiſit,
Rari quippe boni numero vix ſunt totidem, quot
Thebarum portæ, vel diuitis oſtia Nili.

Hor. Art. *Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes:
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Tranſuerſo calamo ſignum: ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambiguè dictum: mutanda notabit:
Fiet Ariſtarchus.

## VIR BEATVS, EIVSQVE VITA qualis eſſe debeat:

4. Car. 9. Non, poſſidentem multa, vocaueris
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter vti,

De-

Ayuntamiento de Madrid

Durámque callet pauperiem pati,
Peiúſque leto flagitium timet.
Non ille pro charis amicis,
Aut patria timidus perire.
*Vitam quæ faciunt beatiorem, Mart. 10.
Iucundiſsime Martialis, hæc ſunt:
Res non parta labore, ſed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, ſalubre corpus,
Prudens ſimplicitas, pares amici,
Conuictus facilis, ſine arte menſa,
Nox non ebria, ſed ſoluta curis,
Non triſtis thorus, attamen pudicus.
Somnus, qui faciat breues tenebras,
Quod ſis, eſſe velis, nihílque malis.
Summum nec metuas diem, nec optes.
-Dicíque beatus Ouid. 3. Met.
Ante obitum nemo ſupremáque funera debet.
*Dico tunc vitam beatam, fata cùm peracta ſunt. Solon per Auſonium.
*Beatus ille, qui procul negocijs Horat. Epod. 2.
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore.
*Viuendum eſt rectè, tum propter plurima, tum his Iuuen. 9.
Præcipue cauſis, vt linguas mancipiorum
Contemnas: nam lingua mali pars peſſima ſerui.

SCELVS.

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum, Iuuen. 13.
Facti crimen habet. -
-Proſperum ac fœlix ſcelus Sen. Herc. 2.
Virtus vocatur.

Sæpe

Ayuntamiento de Madrid

In Thyeſte. *Sæpe in magiſtrum ſcelera redeunt ſua.
In Agame. *Quod metuit, auget, ſcelere ſcelus obruit.
In Hipp. *Cur omnium ſit culpa, paucorum ſcelus.
In Thyeſte. -Ad auctores redit
Sceleris coacti culpa.-
In Her.fur. *Quis nomen vnquam ſceleris errori dedit?
Sæpe error ingens ſceleris obtinuit locum.

SCELERATVS.

Iuue.13. Sunt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri,
Natura voluente vices, & lucis & anni,
Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.
Aſt alius metuens ne crimen pœna ſequatur,
Hic putat eſſe deos, & peierat, atque ita ſecum;
Decernat quodcunque volet de corpore noſtro
Iſis, & irato feriat mea lumina ſiſtro,
Dum modò vel cæcus teneam, quos abnego nummos.
Ou.Met.1. *Viuitur ex raptu, non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero: fratrum quoque gratia rara eſt:
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas.-
Iuuen.13. *Mobilis & varia eſt fermè natura malorum.
Cùm ſcelus admittunt, ſupereſt conſtantia. quid fas,
Atque nefas, tandem incipiunt ſentire peractis
Criminibus: tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari neſcia: nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi? quando recepit
Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem.
Quiſnam hominũ eſt, quẽ tu contentum videris vno
Flagitio?-

-Ab-

-*Abſentem qui rodit amicum:* Horat.1.Ser.4.
*Qui non defendit alio culpante: ſolutos*
*Qui captat riſus hominum, famámque dicacis:*
*Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere*
*Qui nequit; hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.*

COERCENDI IMPROBI.

*Bonis nocet; quiſquis pepercerit malis.* Pub. Mi.
*Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.*
**Qui non vetat peccare cùm poſſit, iubet.* Sen. in Tro.
**Tu ne cede malis ſed contrà audentior ito,* Virgil.6.
*Quàm tua te fortuna ſinet.*-

PECCANTI NON PRAESTANDUM obſequium.

*Bis peccas, cùm peccanti obſequium accommodas.* Pub.Mi.
*Bonus animus nunquam erranti obſequiū accommodat.*

MENS, ANIMVS.

*Iam molire animum qui duret, & aſtrue formam:* Ou.2.de Art.
*Solus ad extremos permanet ille rogos.*
**Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt;* Hor.1.Epiſt.
*Eſt animus tibi; ſunt mores & lingua fideſque:*
*Plebs eris*-
*Aequam memento rebus in arduis* Hor.2.Car.3.
*Seruare mentem.*-
**Verū vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,* Ter. Heaut.
*Neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia.*

MENS RECTI CONSCIA.

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet:* Ouid.1.Faſt.
*Sed nos in vitium credula turba ſumus.*
**Eſt aliquid, magnis crimen abeſſe malis.* Ibidem.
*Conſcia mens, vt cuique ſua eſt, ita concipit intra* Ibidem.
*Pectora, pro facto ſpémque, metúmque ſuo.*
-*Stabilem quando optima facta* Val.Fl.2.

C *Dans*

Ayuntamiento de Madrid

Dant animum, maiórque pijs audacia cœptis.
Horat. 1. Epiſt. -Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.
Plaut. Amphit. Qui non deliquit, decet
Audacem eſſe, & confidenter pro ſe & proteruè loqui.
In Rudent. *Semper cauere, hoc dictum ſapientiſſimum eſt,
Ne conſcij ſint ipſi maleficij ſui.
Bias per Auſon. *Quænam ſumma boni? Mens quæ ſibi conſcia recti.

MENS CONSCIA MALI.

Statius 2. -O cæca nocentum
Conſilia! ô ſemper timidum ſcelus!
Idem 3. -Inuigilant animo, ſceleríſque patrati
Supplicium exercent curæ, tunc plurima verſat
Peſſimus in dubijs augur timor.
Plaut Moſt. *Nihil eſt miſerius, quàm animus hominis conſcius.
Iuuenal. 13. *Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi
Diſplicet auctori, prima eſt hæc vltio, quòd ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.
Ibidem. Cur tamen hos tu
Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit
Occultum patiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multò ſæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit aut Rhadamanthus,
Nocte diéque ſuum geſtare in pectore teſtem.
Et infrà. *Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas,
Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet. cedo ſi conata peregit?
Perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat,
Faucibus at morbo ſiccis, intérque molares
Difficili, creſcente cibo. &c.-

Multa

Ayuntamiento de Madrid

*Multa miſer timeo, quia feci multa proteruè,* Ouid.2.Art.
*Exemplíque metu torqueor ipſe mei.*

## CRIMINA CELARI NON POSSVNT.

*Heu quàm difficile eſt, crimen non prodere vultu!* Ouid.2.Met.
*-Rubet auditor, cui frigida mens eſt* Iuuenal.1.
*Criminibus; tacita ſudant præcordia culpa:*
*Inde iræ, & lachrymæ.-*
**Certè difficile eſt abſcondere pectoris æſtus,* Cor.Gall.
*Panditur & clauſo ſæpius ore furor.*
*-Multa, ſed trepidus ſolet* Sen. in Thy.
*Detegere vultus: magna nolentem quoque*
*Conſilia produnt.*
**Hei mihi, difficile eſt imitari gaudia falſa,* Tibul.3.
*Difficile eſt triſti fingere mente iocum.*
*Nec bene mendaci riſus componitur ore,*
*Nec bene ſollicitis ebria verba ſonant.*
**Quà licet, & poſſum luctor celare furorem,* Ouid.epiſt.15.
*Sed tamen apparet diſſimulatus amor.*

## HOMINVM MALIGNITAS.

*Quod licet, ingratum eſt: quod non licet, acrius vrit.* Ouid.2.Amo.
*Quod ſequitur, fugio: quod fugit, ipſe ſequor.*
**Naturam expellas furca, tamen vſque recurret.* Hor.1.Epi.
**Ad mores natura recurrit* Iuuen.13.
*Damnatos, fixa & mutari neſcia.*
**Ad mores facilis natura reuerti.* Claudian.
**Sed nos in vitium credula turba ſumus.* Ouid.4.Faſt.
**Quiſnam hominũ eſt, quem tu contentũ videris vno* Iuuen.13.
*Flagitio?*
**Nitimur in vetitum ſemper cupimúſque negata,* Ouid.3.Am.
*Sic interdictis imminet æger aquis.*



Ayuntamiento de Madrid

Ibidem. Quicquid ſeruátur, cupimus magis, ipſáque furem
Præda vocat.

Catull. Odi & amo. quare id faciam fortaſſe requiris:
Neſcio, ſed fieri ſentio, & excrucior.

Ou.7.Metam. -Aliúdque Cupido,
Mens aliud ſuadet: video meliora, probóque;
Deteriora ſequor.-

Hor.2.Epiſt. *Diſcit enim citius, meminítque libentius illud,
Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur.

Ouid.1.Art. *Nil niſi turpe iuuat, curæ eſt ſua cuique voluptas,
Hæc quoque de alterius grata dolore venit.

## HVMANI INGENII DIVERSITAS.

Ouid.1. de Art. Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figuræ.
Qui ſapit, innumeris moribus aptus erit.

Hor.2. Epiſt. Denique non omneis eadem mirantur, amántque.
Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis,
Ille Bioneis ſermonibus & ſale nigro.
Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur,
Poſcenteis vario multum diuerſa palato.

Hor.2.Ser. Caſtor gaudet equis, ouo prognatus eodem,
Pugnis. Quot capitum viuunt, totidem ſtudiorum
Millia.-

Perſ.5. Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.
Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.
Mercibus hic Italis mutat ſub ſole recenti
Rugoſum piper, & pallentis grana cumini,
Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno,
Hic campo indulget, hunc alea decoquit; ille
In Venerem putris.-

Proper.3. Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus vtilis armis,
Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

*Trahit

Ayuntamiento de Madrid

*Trahit ſua quenque voluptas. Virg.ecl.2.
*Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuique mos. Ter.Phorm.

VARIA HOMINVM DONA.

-Etenim mortalibus ex quo Claudian. in laud.Stil.
Tellus cœpta coli, nunquam ſincera bonorum
Sors vlli conceſſa viro: quem vultus honeſtat,
Dedecorant mores: animus quem pulchrior ornat,
Corpus deſtituit: bellis inſignior ille,
Sed pacem fœdat vitijs: his publica felix,
Sed priuata minus: partitum ſingula quenque
Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum ſolertia iuris,
Hunc ſoboles, caſtique thori.-
-Propria deſcribit Deus Sen.in Hip.
Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.

HOMINIS EXCELLENTIA.

An dubium eſt, habitare Deum ſub pectore noſtro? Manil.4.
In cælúmque redire animas, cælóque venire?
Vtque ſit ex omni conſtructus corpore mundus,
AEtheris, atque ignis ſummi, terráque, maríſque, Ex elemẽtis conſtare mundum.
Spiritum & in toto rapidum, qui iuſſa gubernat;
Sic eſſe in nobis terrenæ corpora ſortis,
Sanguineáſque animas animi, qui cuncta gubernat,
Diſpenſátque hominem? quid mirum noſcere mundum,
Si poſſunt homines, quibus eſt & mundus in ipſis?
Exemplúmque Dei quiſque eſt, in imagine parua?
An quoquam genitos niſi cælo credere par eſt
Eſſe homines? proiecta iacent animalia cuncta Μικρόκοσμος.
In terra, vel merſa vadis, vel in aëre pendent.
Omnibus vna quies, venter ſenſúſque per artus. Homo Dei imago.
Et quia conſilium non eſt, & lingua remiſſa,
Vnus & inſpectus rerum, viréſque loquendi,



Ayuntamiento de Madrid

Hominum & beſtiarum diſcrimen.

Ingeniúmque capax, varias educit in arteis.
Hic partus, qui cuncta regit, ſeceſſit in orbem,
Et domuit terram ad fruges, animalia cepit,
Impoſuítque viam ponto, ſtetit vnus in arce
Erectus capitis, victórque ad ſidera mittit
Sidereos oculos, propiúsque aſpectat olympum.
Inquiritque Iouem, nec ſola fronte deorum
Contentus manet, & cælum ſcrutatur in aluo,
Cognatúmque ſequens corpus ſe quærit in aſtris.

### HOMINIS FRAGILITAS.

Boët. de cõſol. 3.

Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia veſtra,
Auctorémque Deum ſpectes;
Nullus degener extat,
Ni vitijs peiora fouens,
Proprium deſerat ortum.

Sen. H. fur.

-Nouit paucos
Secura quies: qui velocis
Memores æui, tempora nunquam
Reditura tenent. dum fata ſinunt,
Viuite læti: properat curſu
Vita citato, volucríque die
Rota præcipitis vertitur anni.
Duræ peragunt penſa ſorores,
Nec ſua retrò fila reuoluunt.
At gens hominum fertur rapidis,
Obuia fatis, incerta ſui:
Stygias vltrò quærimus vndas.

Et poſt:

*Certo veniunt ordine parcæ.
Nulli iuſſo ceſſare licet:
Nulli ſcriptum proferre diem:
Recipit populos vrna citatos.

Labi-

Ayuntamiento de Madrid

*Labimur ſæuo rapiente fato:* In Oedi.
*Ducitur ſemper noua pompa morti.*

MISERA HOMINVM VITA.

*Prô ſuperi, quantum mortalia pectora cæcæ* Ouid.6. Metam.
*Noctis habent!*
**O quàm dura premit miſeros conditio vitæ!* Corn. Gall.
*Nec mors humano ſubiacet arbitrio!*
*Dulce mori miſeris, ſed mors optata recedit:*
*At cùm triſtis erit, præcipitata venit.*
*-Mors ſola fatetur* Iuuen. 10.
*Quantula ſint hominum corpuſcula.-*
**Neſcis quid optes, aut quid fugias; ita ludit dies.* Pub.Mi.
**Quid quiſque vitet, nunquam homini ſatis* Hor.2.Car.
*Cautum eſt in horas. Sed improuiſa lethi*
*Vis rapuit, rapiétque gentes.*
**Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,* Ouid.4.Pont.
*Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.*
*-Sic omnia fatis* Virg.1.Georg.
*In peius ruere, ac retrò ſublapſa referri.*
**Optima quæque dies miſeris mortalibus æui* Georg.3.
*Prima fugit; ſubeunt morbi, triſtíſque ſenectus,*
*Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.*
**Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris,* Ouid.2.Amor.
*Implentur numeris deteriora ſuis.*
**Nulli eſt hominum perpetuum bonum.* Plautus.
**Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum.* Idem.
**Omnia mortali mutantur lege creata,* Man. 1. Aſtro.
*Nec ſe cognoſcunt terræ vlterioribus annis,*
*Exutas variam faciem per ſecula gentes.*
**Diffugere niues: redeunt iam gramina campis,* Hor.4.Car.7.
*Arboribúſque comæ.*
*Mutat terra vices, & decreſcentia ripas*

Flumina prætereunt.
Gratia cum nymphis geminíſque ſororibus audet
Ducere nuda choros.
Immortalia ne ſperes, monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.

Quatuor anni tempeſtates.

Frigora miteſcunt Zephyris, ver proterit æſtas
Interitura, ſimul
Pomifer autumnus fruges effuderit, & mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparant cæleſtia lunæ:
Nos vbi decidimus,
Quò pius Aeneas, quò Tullus diues, & Ancus;
Puluis & vmbra ſumus.
Quis ſcit, an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ
Tempora dij ſuperi?
Cuncta manus auidas fugient hæredis, amico
Quæ dederis animo.
Cùm ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria;
Non Torquate genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec lethæa valet Theſeus abrumpere charo
Vincula Perithoo.

Boet. lib. 1. de conſol.

*Venit enim properata malis inopina ſenectus:
Et dolor ætatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui funduntur vertice cani:
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix, quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mæſtis ſæpe vocata venit.
Eheu quàm ſurda miſeros auertitur aure,

Et

Ayuntamiento de Madrid

Et flentes oculos claudere ſæua negat.
Dum leuibus maleſida bonis fortuna faueret,
Penè caput triſtis merſerat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras.
Quid me felicem toties iactaſtis amici?
Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu.
*Heu quàm præcipiti merſa profundo — Ibidem.
Mens hebet, & propria luce relicta,
Tendit in externas ire tenebras:
Terrenis quoties flatibus acta
Creſcit in immenſum noxia cura.
*Sic quod præcipiti via — Ibidem.
Certum deſerit ordinem,
Lætos non habet exitus.
Frange thoros, pete vina, roſas cape, tingere nardo: — Martial.2.
Ipſe iubet mortis te meminiſſe Deus.
O miſeras hominum mentes, ô pectora cæca! — Lucret. lib.2.
Qualibus in tenebris vitæ, quantiſque periclis
Degitur hoc æui quodcunque eſt!
Tum porrò puer, vt ſæuis proiectus ab vndis — Lucret.5.
Nauita, nudus humi iacet, infans, indigus omni
Vitaï auxilio, cùm primùm in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profudit:
Vagitúque locum lugubri complet: vt æquum eſt,
Cui tantum in vita reſtet tranſire malorum.
At variæ creſcunt pecudes armenta, feræque:
Nec crepitacula eis opus ſunt, nec cuiquã adhibenda eſt
Almæ nutricis blanda, atque infracta loquela:
Nec varias quærunt veſtes pro tempore cæli.
Denique non armis opus eſt, non mœnibus altis,
Queis ſua tutentur, quando omnibus omnia largè



Ayuntamiento de Madrid

Tellus ipſa parit, naturáque dædala rerum.
Perſius 3. *Diſcitéque ô miſeri, & cauſſas cognoſcite rerum,
Quid ſumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quà mollis flexus, & vnde:
Quis modus argento, quid fas optare, quid aſper
Vtile nummus habet, patriæ charíſque propinquis
Quantum elargiri deceat, quem te Deus eſſe
Iuſsit, & humana qua parte locatus es in re:
Diſce. -

Auſonij eidil. 14 Quod vitæ ſectabor iter: ſi plena tumultu
Sunt fora: ſi curis domus anxia: ſi peregrinos
Cura domus ſequitur: mercantem ſi noua ſemper
Damna manent: ceſſare vetat ſi turpis egeſtas:
Si vexat labor agricolam: mare naufragus horror
Infamat: pœnæque graues in cœlibe vita:
Et grauior cautis cuſtodia vana maritis?
Sanguineum ſi Martis opus: ſi turpia lucra
Fœnoris, & velox inopes vſura trucidat?
Omne æuum curæ, cunctis ſua diſplicet ætas,
Pueritia. Senſus abeſt paruis lactentibus: & puerorum
Iuuentus. Dura rudimenta: & iuuenum temeraria pubes:
Aetas virilis. Afflictat fortuna viros per bella, per æquor,
Iráſque, inſidiáſque, catenatóſque labores,
Senectus. Mutandos ſemper grauioribus: ipſa ſenectus
Expectata diu, votíſque optata malignis,
Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
Præſentia faſtidiri. Spernimus in commune omnes præſentia: quoſdam
Conſtat nolle deos fieri: Iuturna reclamat.
Quo vitam dedit æternam? Cur mortis adempta eſt
Conditio? Sic Caucaſea ſub rupe Prometheus
Teſtatur Saturnigenam, nec nomine ceſſat
Incuſare Iouem, data ſit quòd vita perennis.

Reſpice

Ayuntamiento de Madrid

*Reſpice & ad cultus animi: ſic nempe pudicum*
*Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.*
*At contrà illecebris maculòſam ducere vitam*
*Quem iuuat, adſpiciat pœnas, & crimina regum,*
*Tereos inceſti, vel mollis Sardanapali.*
*Perfidiam vitare monent tria Punica bella:*
*Sed prohibet ſeruare fidem deleta Sagunthos.*
*Viue, & amicitias ſemper cole: crimen ob iſtud*
*Pythagoreorum perijt ſchola docta ſophorum.*
*Hoc metuens igitur nullas cole: crimen ob iſtud*
*Timòn Palladijs olim lapidatus Athenis.*
*Diſſidet ambiguis ſemper mens obuia votis:*
*Nec voluiſſe homini ſatis eſt: optata recuſant.*
*Eſſe in honore placet, mox pœnitet: & dominari*
*Vt poſſint, ſeruire volunt: idem auctus honore,*
*Inuidiæ obijcitur. Pernox eſt cura diſertis;*
*Sed rudis ornatu vitæ caret. Eſto patronus,*
*Et defende reos; ſed gratia rara clientis.*
*Eſto cliens, grauis imperij perſona patroni.*
*Exercent hunc vota patrum, mox aſpera curis*
*Sollicitudo ſubit: contemnitur orba ſenectus,*
*Et captatoris præda eſt hæredis egenus.*
*Vitam parcus agas, auidi lacerabere fama:*
*Et largitorem grauiùs cenſura notabit.*
*Cuncta tibi aduerſis contraria caſibus. Ergo*
*Optima Graiorum ſententia: quippe homini, aiunt,*
*Non naſci eſſe bonum, natum aut citò morte potiri.*

NATVRA HOMINVM.

*-Molliſſima corda* Iuuen. 15.
*Humano generi dare ſe natura fatetur,*
*Quæ lachrymas dedit, hæc noſtri pars optima ſenſus.*
*Plorare ergo iubet cauſam lugentis amici,* Miſericordia.

Squa-

Ayuntamiento de Madrid

*Squalorémque rei, pupillum ad iura vocantem*
*Circumſcriptorem, cuius manantia fletu*
*Ora puellares faciunt incerta capilli.*
*Naturæ imperio gemimus, cùm funus adultæ*
*Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,*
*Et minor igne rogi. quis enim bonùs, aut face dignus*
*Arcana, qualem Cereris vult eſſe ſacerdos,*
*Vlla aliena ſibi credat mala? ſeparat hoc nos*
*A grege mutorum: atque ideo venerabile ſoli*
Hominum & beſtiarũ diſcrimẽ.
*Sortiti ingenium, diuinorúmque capaces,*
*Atque exercendis, capiendiſque artibus apti,*
*Senſum à cæleſti demiſſum traximus arce:*
*Cuius egent prona, & terram ſpectantia mundi,*
*Principio indulſit communis conditor illis*
Hominis induſtria.
*Tantum animas; nobis animũ quoque, mutuus vt nos*
*Affectus petere auxilium, & præſtare iuberet,*
*Diſperſos trahere in populum, & migrare vetuſto*
*De nemore, & proauis habitatas linquere ſiluas:*
*Aedificare domos, laribus coniungere noſtris*
*Tectum aliud, tutos vicino limine ſomnos*
*Vt collata daret fiducia, protegere armis*
*Lapſum, aut ingenti nutantem vulnere ciuem*
*Communi dare ſigna tuba, defendier ijſdem*
*Turribus, atque vna portarum claue teneri.*
*Sed iam ſerpentum maior concordia: parcit*
*Cognatis maculis ſimilis fera. quando leoni*
*Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam*
*Expirauit aper maioris dentibus apri?*
*Indica tygris agit rabida cum tygride pacem*
*Perpetuam: ſæuis inter ſe conuenit vrſis.*
*Aſt homini ferrum lethale incude nefanda*
*Produxiſſe parum eſt, cùm raſtra & ſarcula tantùm*

*Aſſueti*

Ayuntamiento de Madrid

Aſſueti coquere, & marris, ac vomere laſſi
Neſcierint primi gladios extundere fabri.
Aſpicimus populos, quorum non ſufficit iræ
Occidiſſe aliquem; ſed pectora, brachia, vultum,
Crediderint genus eſſe cibi. quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, ſi nunc hæc monſtra videret
Pythagoras cunctis animalibus abſtinuit qui
Tanquã homine, & ventri indulſit nõ omne legumẽ?

INGENIVM HOMINIS.

Non ætate, verùm ingenio acquiritur ſapientia. Plaut.Tri.
*Adde quòd ingenium longa rubigine læſum, Ou.5.Tr.
Torpet, & eſt multò, quàm fuit antè, minus.
*Sæpe ſumma ingenia in occulto latent. Plau.Cap.
*Ingenium quondam fuerat precioſius auro: Ou.3. Amor.
At nunc barbaries grandis, habere nihil.
*Si mihi difficilis formam natura negauit; Idem Sap.
Ingenio formæ damna rependo meæ.
*At non ingenio quæſitum nomen ab æuo Prop.2.
Excidet. ingenio ſtat ſine morte decus.
Ingenium mala ſæpe mouent. quis crederet vnquam Ou.2. Arte.
Aërias hominem carpere poſſe vias?
-Ingenium res Horat. Sat.8.
Aduerſæ nudare ſolent, celare ſecundæ.
*Aurum, & opes, & rura frequens donauit amicus. Martial.8.
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

ARTES HVMANAE.

Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis. Ou.2. Pont.
*Arte citæ, veloque rates, remóque reguntur: de Arte.
Arte leuis currus, arte regendus amor.
*Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura eſt, 1.Pont.
Pectora molleſcunt, aſperitasque fugit.
*Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes, 2.Pont.

Emollit

Ayuntamiento de Madrid

Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

3. de Arte. *Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,
Et ſtudio mores conuenienter eunt.

## PHILOSOPHIAE VIS ET VSVS.

Hor. 1. Epiſt. Eſt quâdam prodire tenus, ſi non datur vltra.
Feruet auaritia, miſeróque cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſsis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator,
Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſsit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.
Hor. 4. Car. 4. *Doctrina ſed vim promouet inſitam:
Rectique cultus pectora roborant.
Perſ. 5. *-Petite hinc iuuenéſque ſenéſque
Finem animo certum, miſeríſque viatica canis.
Hor. 1. Epiſt. *-Mihi tarda fluunt, ingratáque tempora, quæ ſpem
Conſiliúmque morantur agendi gnauiter, id quod
Aequè pauperibus prodeſt, locupletibus æquè,
Aequè neglectum pueris ſenibúſque nocebit.
Reſtat vt his ego me ipſe regam, ſolérque elementis.
Sen. Oct. O quàm iuuabat, quo nihil maius parens
Natura genuit, operis immenſi artifex,
Cælum intueri, ſolis & currus ſacros,
Mundíque motus, ſolis alternas vices,
Orbémque Phœbes, aſtra quem cingunt vaga,
Latéque fulgens ætheris magni decus.
Ouid. 1. Faſt. *Felices animæ quibus hæc cognoſcere primis,
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitiíſque iocíſque,
Altiùs humanis exſeruiſſe caput.

Non

Ayuntamiento de Madrid

*Non Venus & vinum ſublimia pectora fregit,*
*Officiúmque fori, militiæúe labor.*
*Nec leuis ambitio, perfuſáque gloria fuco,*
*Magnarúmque fames ſollicitauit opum.*
*Admouere oculis diſtantia ſidera noſtris,*
*AEtheráque ingenio ſuppoſuere ſuo.*
*Sic petitur cælum, non vt ferat Oſſan olympus,*
*Summáque Peliacus ſidera tangat apex.*

### LECTIO BONORVM AVCTORVM.

*Inter cuncta leges, & percontabere doctos,* Hor. 1. Ep.
*Qua ratione queas traducere leniter æuum,*
*Ne te ſemper inops agitet, vexétque cupido,*
*Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium ſpes.*
*Virtutem doctrina paret, naturáne donet:*
*Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum,*
*Quid purè tranquillet, honos, an dulce lucellum,*
*An ſecretum iter, & fallentis ſemita vitæ.*

### STVDIVM MVSARVM, ET BONARVM ARTIVM.

**Non datur ad muſas currere lata via.* Propert.
**Interea Muſis animus dum mollior inſtat,* Claudian.
*Et quæ mox imitere legas, nec deſinat vnquam*
*Tecum grata loqui tecum Romana vetuſtas.*
**Si non intendes animum ſtudijs & rebus honeſtis;* Hor. 1. Ep. 2.
*Inuidia, vel amore vigil torquebere. –*
**Tot mala pertulimus, quorum medicina quiéſque* Ou. 5. Triſt.
*Nulla niſi in ſtudio, Pieridúmque mora.*
**Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſque ſuorum,* 1. Pont.
*Tempus & aſſueta ponere in arte iuuat.*
*-Nocturnis iuuat impalleſcere chartis:* Perſius 5.

*Cultor*

Ayuntamiento de Madrid

*Cultor enim Iuuenum purgatas inſerit aures*
*Fruge Cleantea.*

STVDIVM PVERILE.

Auſonij ad nepotē protrepticon.

*Sunt etiam Muſis ſua ludicra, mixta camœnis*
*Otia ſunt, mellite nepos: nec ſemper acerbi*
*Exercet pueros vox imperioſa magiſtri.*
*Sed requies, ſtudiíque vices rata tempora ſeruant.*
*Et ſatis eſt puero memori legiſſe libenter;*
*Et ceſſare licet. Græco ſchola nomine dicta eſt,*
*Iuſta laboriferis tribuantur vt otia Muſis.*
*Quò magis alternum certus ſuccedere ludum,*
*Diſce libens, longum delimitura laborem*
*Interualla damus: ſtudium puerile fatiſcit,*
*Læta niſi auſteris varientur feſta profeſtis.*
*Diſce libens, tetrici nec præceptoris habenas*
*Deteſtere nepos: nunquam horrida forma magiſtri.*
*Ille licet triſtis ſenio, nec voce ſerenus,*
*Aſpera contractæ minitetur iurgia frontis;*
*Nunquam immanis erit placita ſuetudine vultus*
*Qui ſemel imbuerit. rugas nutricis amabit;*
*Qui refugit matrem: Pappos, auiáſque trementes*
*Anteferunt patribus ſeri noua cura nepotes.*
*Sic neque Peliden terrebat Achillea Chiron*
*Theſſalico permixtus equo, nec Pinifer Atlas*
*Amphitryoniadem puerum, ſed blandus vterque*
*Mitibus alloquijs teneros mulcebat alumnos.*
*Tu quoque ne metuas, quamuis ſchola verbere multo*
*Increpet, & truculenta ſenex gerat ora magiſter.*
*Degeneres animos timor arguit: at tibi conſta*
*Intrepidus, nec te clamor plagæque ſonantes,*
*Nec matutinis agitet formido ſub horis,*
*Quòd ſceptrum vibrat ferulæ, quòd multa ſupellex*

*Virgea,*

Ayuntamiento de Madrid

Virgea, quòd mollis ſcuticam prætexit aluta,
Quod feruent trepido ſubſellia veſtra tumultu:
Pompa loci & vani fugiatur ſcæna timoris.
Hæc olim genitórque tuus genitríxque ſecuti,
Securam placido mihi permulcere ſenectam.
Tu ſenium, quodcunque ſuper labentibus annis
Fata dabunt, qui nomen aui geris indole prima
Prime nepos, vel re, vel ſpe mihi porge fruendum.
Nunc ego te puerum, mox in iuuenilibus annis,
Iámque virum cernam, ſi Fors ita iuſſerit. aut ſi
Inuidia eſt, ſperabo tamen, nec vota fatiſcent.
Vt patris, vtque mei non immemor, ardua ſemper
Præmia muſarum cupias facundus, & olim
Hac gradiare via, qua nos præceſſimus, & cui
Proconſul genitor, præfectus auunculus inſtant.
Perlege quodcunque eſt memorabile: prima monebo.
Conditor Iliados, & amabilis orſa Menandri
Euoluenda tibi: tu flexu & acumine vocis
Innumeros numeros doctis accentibus effer:
Affectúſque impone legens: diſtinctio ſenſum
Auget, & ignauis dant interualla vigorem.
Ecquando iſta meæ contingent dona ſenectæ?
Quando oblita mihi tot carmina, tótque per æuum
Connexa hiſtoriæ ſoccos, aulæáque regum,
Et melicos lyricóſque modos præfando nouabis?
Obductóſque ſeni facies pueraſcere ſenſus?
Te præeunte nepos modulata poëmata Flacci,
Altiſonúmque iterum fas eſt didiciſſe Maronem.
Tu quoque qui Latium lecto ſermone Terenti
Comis, & aſtricto percurris pulpita ſocco,
Ad noua vix memorem diuerbia coge ſenectam.
Iam facinus Catilina tuum, Lepidíque tumultum,



Ayuntamiento de Madrid

*Ab Lepido & Catulo iam res & tempora Romæ*
*Orſus bis ſenos ſeriem connecto per annos.*
*Iam lego ciuili mixtum mauorte duellum,*
*Mouit quod ſocio Sertorius exul Ibero.*
*Nec rudis hoc auus admoneo, ſed mille docendo*
*Ingenia expertus, multos lactantibus annis*
*Ipſe alui, gremióque fouens, & murmura ſoluens,*
*Eripui tenerum blandis nutricibus æuum.*
*Mox pueros molli monitu, & formidine leni*
*Pellexi, vt mites peterent per acerba profectus,*
*Capturi dulcem fructum radicis amaræ.*
*Idem veſticipes motu iam puberis æui,*
*Ad mores artéſque bonas fandíque vigorem*
*Produxi, quanquam imperium ceruice negarent*
*Ferre, nec inſertis præberent ora lupatis.*
*Ardua temperies, dura experientia, rarus*
*Euentus, longo rerum ſpectatus ab vſu,*
*Vt regat indocilem mitis cenſura iuuentam.*
*Quæ tolerata mihi, donec iam ærumna iuuaret,*
*Lenirétque vſum bona conſuetudo laborum:*
*Donec ad Auguſtæ pia munera diſciplinæ*
*Accirer, varióque accingerer auctus honore:*
*Aurea cum parêre mihi palatia iuſſum.*
*Abſiſtat Nemeſis, ferat & fortuna iocantem.*
*Præſedi imperio, dum prætextatus in oſtro,*
*Et ſceptro & ſolio ſibi præfert iura magiſtri:*
*Maioréſque putat noſtros Auguſtus honores.*
*Quos mox ſublimi maturus protulit auctu,*
*Quæſtor vt Auguſtis patri natóque crearer,*
*Vt præfecturam duplicem, ſellámque curulem,*
*Vt trabeam, pictámque togam, mea præmia, conſul*
*Induerer, Faſtíſque meis prælatus haberet.*

His

*His ego quæſiui meritum quàm grande nepoti*
*Conſul auus, luménque tuæ prælucco vitæ.*
*Quinuis & patrio iamdudum nomine clarus,*
*Poſſes ornatus, poſſes *oneratus haberi;* — In edit. Tornæſij, honoratus, vel poſſeſſor natus.
*Acceſſit tamen ex nobis honor inclytus; hunc tu*
*Effice, ne ſit onus, per te vt connixus in altum*
*Conſcendas, ſperéſque tuos te conſule faſces.*

### VIA.

*Viam qui neſcit qua deueniat ad mare,* — Plaut. Poe.
*Eum oportet amnem quærere comitem ſibi.*
**Certiſſima eſt regnare cupienti via,* — Sen. Oedi.
*Laudare modica. -*
**Nemo ire quenquam prohibet publica via.* — Plau. Cur.
**Capienda rebus in malis præceps via eſt.* — Sen. in Ag.

### AEMVLATIO.

*Tunc bene fortis equus reſerato carcere currit,* — Ou. 3. Amor.
*Cùm quos prætereat, quóſque ſequatur, habet.*

### STYLVS.

*Sæpe ſtylum vertas, iterum quæ digna legi ſint,* — Hor. 1. Epiſt.
*Scripturus: neque, te vt miretur turba, labores,*
*Contentus paucis lectoribus. -*

### EXPERIENTIA.

Vide VSVS. Manil. 1.

*Per varios vſus artem experientia fecit,*
*Exemplo monſtrante viam.*
**Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.* [*fuit* — Publ. Mi.
**Nunquã ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitã* — Ter. Adel.
*Quin res, ætas, vſus, ſemper aliquid adportet noui,*
*Aliquid moneat, vt illa, quæ te ſcire credas, neſcias,*
*Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.*
* *-Seris venit vſus ab annis.* — Ou. Metam. 6.
**Scit bene venator ceruis vbi retia tendat:* — 2. de Arte.
*Scit bene qua frendens valle moretur aper.*



Ayuntamiento de Madrid

*Aucupibus noti frutices: qui ſuſtinet hamos,*
*Nouit quæ multo piſce natentur aquæ.*
Proper. 11. lib. 3. **Venturam melius præſagit nauita mortem:*
*Vulneribus didicit miles habere metum.*
Ouid. 2. Pont. **Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,*
*Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.*
*Sæpe canem viſum longè fugit agna, lupúmque*
*Credit: & ipſa ſuam neſcia vitat opem.*
*Membra reformidant mollem quoque ſaucia tactum,*
*Vanáque ſollicitis incitat vmbra metum.*
*Sic ego fortunæ telis confixus iniquæ,*
*Pectore concipio nil niſi triſte meo.*

ELOQVENTIA, ET EIVS VIS.

Vide Ingenium. pag. 45. *Ac veluti magno in populo cùm ſæpe coorta eſt*
Virg. 1. Aeneid. *Seditio, ſæuítque animis ignobile vulgus,*
*Iámque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat;*
*Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem*
*Conſpexere, ſilent, arrectíſque auribus aſtant.*
*Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*
Tib. 4. **Nam ſeu diuerſi fremat inconſtantia vulgi,*
*Non alius ſedare queat: ſeu iudicis ira*
*Sit placanda, tuis poterit miteſcere verbis.*
Ou. 2. Triſtiũ. **Diſcitur innocuas vt agat facundia cauſſas:*
*Protegit hæc ſontes, immeritóſque premit.*
Publ. Mi. **Comes facundus in via pro vehiculo eſt.*
Lucan. ad Piſon. **Iudicis affectum, poſſeſſáque pectora ducis*
*Victor, ſponte ſua ſequitur quocunque vocaſti;*
*Flet, ſi flere iubes: gaudet gaudere coactus:*
*Et te dante capit iudex, quam non habet, iram.*
*Sic auriga ſolet feruentia Theſſalus ora*
*Mobilibus frænis in aperto flectere campo,*
*Qui modo non ſolùm rapido permittit habenas*

Qua-

*Quadrupedi; ſed calce citat, modò torquet in auras*
*Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata*
*Incipit effuſos in gyrum carpere curſus.*
*Quis non attonitus iudex tua reſpicit ora?*
*Quis regit ipſe ſuam, niſi per tua pondera mentem?*
*Nam tu ſiue libet pariter cum grandine nimbos,*
*Denſaque vibrata iaculari fulmina lingua,*
*Seu iuuat adſtrictas in nodum cogere voces,*
*Et dare ſubtili viuacia verba catenæ*
*Vim Laërtiadæ, breuitatem vincis Atridæ.*
*Dulcia ſeu mauis, liquidóque fluentia curſu*
*Verba, nec incluſo, ſed aperto pingere flore:*
*Inclyta Neſtorei cedit tibi gratia mellis.*
*Quippe manu fortes, non ſunt tibi Marte ſecundi:* Ou.13.Met.
*Conſilijs ceſſere meis. tibi dextera bello*
*Vtilis; ingenium eſt quod eget moderamine noſtro.*
*Tu vires ſine mente geris; mihi cura futuri eſt.*
*Tu pugnare potes; pugnandi tempora mecum*
*Eligit Atrides. tu tantum corpore prodes;*
*Nos animo: quantóque, ratem qui temperat, anteit*
*Remigis officium, quanto dux milite maior;*
*Tanto ego te ſupero: necnon in corpore noſtro*
*Pectora ſunt potiora manu: vigor omnis in illis.*
**Mota manus procerum eſt, & quid facundia poſſet* Ibidem.
*Tunc patuit, fortíſque viri tulit arma diſertus.*
**Sed te non animus, nec ſolis viribus æquum* Val.Flaccus
*Credere: ſæpe acri potior prudentia dextra.* 4.Argon.
*-Romani maximus auctor* Lucan.7.
*Tullius eloquij, cuius ſub iure togáque*
*Pacificas ſæuus tremuit Catilina ſecures:*
*Addidit inualidæ robur facundia cauſæ.*
**Quin age maiorum iuuenis facunde tuorum* Ad Piſon.

*Scande ſuper titulos, & auitæ laudis honores,*
*Annorúmque decus præcede forenſibus actis:*
*Sic etiam magno iam tunc Cicerone vigente*
*Laurea facundis ceſſerunt arma togatis.*
Iuuen. Sat. 5. **Et torrens dicendi copia multis,*
*Et ſua mortifera eſt facundia: viribus ille*
*Confiſus perijt, admirandíſque lacertis.*
Sat. 10. **Eloquium ac famam Demoſthenis aut Ciceronis*
*Incipit optare.*
*Eloquio ſed vterque perit orator: vtrunque*
*Largus & exundans letho dedit ingenij fons.*
*Ingenio manus eſt, & ceruix cæſa, nec vnquam*
*Sanguine cauſidici maduerunt Roſtra puſilli.*

CARMINA ET INGENII MONVMENTA, IMMORTALIA.

Tibull. 1. *Heu, malè nunc artes miſeras hæc ſæcula tractant:*
*Iam tener aſſueuit munera velle puer.*
*Pieridas pueri, doctos & amate poëtas:*
*Aurea nec ſuperent munera Pieridas.*
*Carmine purpurea eſt Niſi coma: carmina ni ſint,*
*Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.*
*Quem referent Muſæ viuet, dum robora tellus,*
*Dum cælum ſtellas: dum vehet amnis aquas.*
Horat. 4. Car. **Dignum laude virum Muſa vetat mori.*
Ou. 4. Pont. **Carmine fit viuax virtus, expérſque ſepulchri*
*Notitiam ſeræ poſteritatis habet.*
Proper. 3. **Nam neque pyramidum ſumptus ad ſidera ducti,*
*Nec Iouis Elei cælum imitata domus,*
*Nec Mauſolei diues fortuna ſepulchri*
*Mortis ab extrema conditione vacat.*
*Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,*
*Annorum aut ictu pondera victa ruent.*

At

Ayuntamiento de Madrid

At non ingenio quæſitum nomen ab æuo
Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus.
*Carmine dij ſuperi placantur, carmine manes. Hor.2. Ep
*Singula quid referam? nil non mortale tenemus Ou.3.Tr.
Pectoris exceptis, ingeniíque bonis.
*Scinduntur veſtes: gemmæ franguntur & aurum: 2.Amor.1.
Carmina quam tribuent, fama perennis erit.
*Viuet Mæonides, Tenedos dum ſtabit, & Ide: eodem 15.
Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.
Viuet & Aſcræus, dum muſtis vua tumebit,
Dum cadet incurua falce reſecta Ceres.
Battiades toto ſemper cantabitur orbe:
Quamuis ingenio non valet, arte valet.
Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno.
Cum Sole & Luna ſemper Aratus erit.
Dum fallax ſeruus, durus pater, improba lena
Viuet, dum meretrix blanda; Menandrus erit.
Ennius arte canens, animoſique Accius oris
Caſurum nullo tempore nomen habent.
Varronem, primámque ratem quæ neſciet ætas?
Aureáque AEſonio terga petita duci?
Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucretî,
Exitio terras cùm dabit vna dies.
Tityrus, & ſegetes, AEneiáque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.
Donec erunt ignes, arcúſque Cupidinis arma;
Diſcentur numeri culte Tibulle tui.
Gallus & Heſperijs, & Gallus notus Eois,
Et ſua cum Gallo nota Lycoris erit.
Ergo cùm ſilices, cùm dens patientis aratri
Depereant æuo; carmina morte carent.
Cedant carminibus reges, regúmque triumphi:

Cedat & auriferi ripa beata Tagi.
Vilia miretur vulgus. mihi flauus Apollo
Pocula Caſtalia plena miniſtret aqua.
Suſtineámque coma metuentem frigora myrtum,
Atque ita ſollicito multus amante legar.
Paſcitur in viuis liuor; poſt fata quieſcit:
Tunc ſuus ex merito quenque tuetur honor.
Ergo etiam, cùm me ſupremus adusſerit ignis,
Viuam: pársque mei magna ſuperſtes erit.

POETARVM EXCELLENTIA.

Ouid.3.Artis. Quid petitur ſacris niſi tantùm fama poetis?
Hoc votum noſtri ſumma laboris habet.
Cura ducum fuerant olim, regúmque poetæ:
Præmiáque antiqui magna tulere chori:
Sanctáque maieſtas, & erat venerabile nomen
Vatibus, & largæ ſæpe dabantur opes.
Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio magne tibi.
Nunc hederæ ſine honore iacent: operatáque doctis
Cura vigil Muſis, nomen inertis habet.
Sed famæ inuigilare iuuat: quis noſſet Homerum,
Ilias æternum ſi latuiſſet opus?
Ibidem *Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,
Et ſtudio mores conuenienter eunt.
3.Amor. At ſacri vates & diuûm cura vocamur,
Sunt etiam qui nos numen habere putent.
6.Faſtorum. Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo:
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.
3.de Arte. *Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cæli:
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.
Ibidem. Adde quòd inſidiæ ſacris à vatibus abſunt,
Et facit ad mores ars quoque noſtra bonos.

Nec

Ayuntamiento de Madrid

Nec nos ambitio, nec nos amor vrget habendi,
  Contempto colitur lectus & vmbra foro.
*Sunt tamen inter ſe communia ſacra poetis, 2.de Po
  Diuerſum quamuis quiſque ſequamur iter.
*Scribimus indocti, doctíque poëmata paſſim. Horat.2.E
Hic error tamen, & leuis hæc inſania quantas
Virtutes habeat, ſic collige: vatis auarus
Non temerè eſt animus: verſus amat, hoc ſtudet vnũ:
Detrimenta, fugas ſeruorum, incendia ridet,
Non fraudem ſocio, pueroue incogitat vllam
Pupillo: viuit ſiliquis, & pane ſecundo:
Militiæ quanquam piger & malus: vtilis vrbi.
Si das hoc, paruis quoque rebus magna iuuari:
Os tenerum pueri, balbúmque poëta figurat:
Torquet ab obſcenis iam nunc ſermonibus aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Aſperitatis & inuidiæ corrector, & iræ.
Rectè facta refert: orientia tempora notis
Inſtruit exemplis: inopem ſolatur & ægrum.
  At qui legitimum cupiet feciſſe poema, Ibidem.
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti:
Audebit quæcunque parum ſplendoris habebunt,
Et ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur,
Verba mouere loco, quamuis inuita recedant,
Et verſentur adhuc intra penetralia Veſtæ.
Obſcurata diu populo bonus eruet, atque
Proferet in lucem ſpecioſa vocabula rerum
Quæ priſcis memorata Catonibus atque Cethegis
Nunc ſitus informis premit, & deſerta vetuſtas.
Adſciſcet noua quæ genitor produxerit vſus,
Vehemens & liquidus, puróque ſimillimus amni
Fundet opes, Latiúmque beabit diuite lingua:



Ayuntamiento de Madrid

*Luxuriantia compeſcet: nimis aſpera ſano
Leuabit cultu: virtute carentia tollet:
Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur, vt qui
Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa mouetur.
Hor. Arte. *Ille bonis faueátque, & concilietur amicis:
Et regat iratos, & amet peccare timentes.
Ille dapes laudet menſæ breuis: ille ſalubrem
Iuſtitiam, legéſque, & apertis ocia portis.
Ille tegat commiſſa, Deoſque precetur, & oret
Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.
Ibidem. Quandoque bonus dormitat Homerus.
Ibidem. Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
Ibidem. * Natura fieret laudabile carmen, an arte
Quæſitum eſt: ego nec ſtudium ſine diuite vena,
Nec rude quid proſit video ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.
Oui. 3. Amor. 11. *Exit in immenſum fecunda licentia vatum,
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.
Horat. Art. *Ficta, voluptatis cauſa, ſint proxima veris.
Ibidem. *Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ,
Aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ.
Ibidem. *Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci,
Lectorem delectando, paritérque monendo.

PRAECEPTA.

Hor. Arte. *Quicquid præcipies, eſto breuis: vt citò dicta
Percipiant animi dociles, teneántque fideles.

BONA LIBERORVM.

Iuuen. 14. Nil dictu fœdum viſúque hæc limina tangat,
Intra quæ puer eſt: procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti:
Maxima debetur puero reuerentia: ſi quid

Turpe

Ayuntamiento de Madrid

Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos;
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
*Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino & mox.
Atria diſpliceant oculis venientis amici:
Ne perfuſa luto ſit porticus, & tamen vno
Semodio ſcobis hæc emendat ſeruulus vnus:
Illud non agitas, vt ſanctam filius omni
Adſpiciat ſine labe domum, vitióque carentem?
Gratum eſt quod patriæ ciuem, populóque dediſti,
Si facis vt patriæ ſit idoneus, vtilis agris,
Vtilis & bellorum & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit quibus artibus, & quibus hunc tu Educationis vis.
Moribus inſtituas. ſerpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta:
Illi eadem ſumptis quærunt animalia pennis.
*Parcendum eſt teneris: nondum implenere medullas & infrà.
Natiuæ mala nequitiæ. cùm pectere barbam
Cœperit, & longi mucronem admittere cultri,
Falſus erit teſtis, vendet periuria ſumma
Exigua, Cereris tangens arámque pedémque.
Elatam iam crede nurum, ſi limina veſtra
Mortifera cum dote ſubit. quibus illa premetur
Per ſomnum digitis! nam quæ terráque maríque
Acquirenda putes, breuior via conferet illi.
Nullus enim magni ſceleris labor. hæc ego nunquam
Mandaui, dices olim, nec talia ſuaſi:
Mentis cauſa malæ tamen eſt, & origo penes te.
Nam quiſquis magni cenſus præcepit amorem,
Et læuo monitu pueros producit auaros,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, & totas effudit habenas

Curri-

Curriculo; quem ſi reuoces, ſubſiſtere neſcit,
Et te contempto rapitur, metiſque relictis:
Licentia. Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantum
Permittas, adeò indulgent ſibi latius ipſi.

### OFFICIVM LIBERORVM ERGA PARENTES.

Plau. Trin act. 2. Philto ſenex. Lyſiteles adoleſcens.

Quò illic homo foras ſe penetrauit ex ædibus?
LY. Pater adſum,
Impera quid vis, neque tibi ero in mora, neque latebroſe me abs tuo
Conſpectu occultabo. PH. Feceris par tuis ceteris factis, patrem
Tuum ſi percoles, per pietatem. nolo ego cum improbis te viris
Gnate mi, neque in via neque in foro ullum ſermonem exequi.
Noui ego hoc ſæculũ moribus quibus ſit. malus bonum, malum
Eſſe vult, vt ſit ſui ſimilis: turbant, miſcent mores mali, rapax,
Auarus, inuidus, ſacrum prophanum, publicum priuatum habent,
Hiulca gens. hæc ego doleo, hæc ſunt quæ me excruciãt.
Hæc dies noctéſque tibi canto; vt caueas, quod manu non queunt
Tangere, tantum fas habent, quò manus abſtineant.
Cetera, rape, trahe, fuge late. lachrymas hæc mihi, quom video,
Eliciunt. quia ego ad hoc genus hominum duraui. quin priùs
Me ad plureis penetraui: nam hi mores maiorũ laudãt,
Eoſdẽ lutulãt, quos collaudãt. hiſce ego te artibus gratiã

Facio

*Facio, neu colas, neu imbuas ingenium: meo modo & moribus viuito*
*Antiquis. quæ ego tibi præcipio, ea facito. nihil ego iſtos*
*Moror facetos mores & turbidos, quibus boni dedecorant ſe.*
*Hæc tibi, ſi mea imperia capeſſes, multa bona in pectore conſident.*
LYS. *Semper ego vſque ad hanc ætatem ab ineunte adoleſcentia*
*Tuis ſeruiui ſeruitutem imperijs, & præceptis pater:*
*Pro ingenio ego me liberum eſſe ratus ſũ: pro imperio tuo*
*Meum animum tibi ſeruitutem ſeruire æquum cenſui.*
PH. *Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat ſuo,*
*Vtrũ id itane eſſe mauelit, vt eũ animus æquũ cenſeat;*
*An ita potius, vt parentes eum eſſe & cognati velint:*
*Si animus hominem perpulit, actum eſt, animo ſeruiuit, non ſibi.*
*Si ipſe animum perpulit; dũ viuit, victor victorũ cluet.*
*Tu ſi animum viciſti potius quàm animus te, eſt quod gaudeas.*
*Nimio ſatius eſt vt opuſt, te ita eſſe, quàm vt animo lubet.*
*Qui animum vincunt, quàm quos animus, ſemper probiores cluent.*
LYS. *Iſthæc ego mihi ſemper habui ætati tegumentum meæ,*
*Ne penetrarem me vſquam, vbi eſſet damni conciliabulum:*
*Ne noctu irem obambulatũ, neu ſuum adimerem alteri:*
*Neu tibi ægritudinem pater parerem, parſi ſedulò.*
*Sarta tecta tua præcepta vſque habui mea modeſtia.*

PH,

PH. Quid exprobras? bene quod feciſti; tibi feciſti, non mihi.

Mihi quidem ætas acta eſt fermè, tua iſthuc refert maximè.

Is probus eſt, quem non pænitet quàm probus ſit, & frugi bonæ.

Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant.

Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ.

Ibidem. -Semper tu hoc facito cogites,

Id optimum eſſe, tute vt ſis optimus: ſi id nequiueris, ſaltem vt

Optimis ſis proximus.-

Terent. Adelph. *Hoc patrium eſt, potiùs conſuefacere filium

Sua ſponte rectè facere, quam alieno metu.

Hoc pater ac dominus intereſt. hoc qui nequit,

Fateatur ſe neſcire imperare liberis.

Ibidem. *Vt quiſque filium ſuum vult eſſe, ita eſt.

Hor. 1. Ser. *-Inſueuit pater optimus hoc mi-

Exemplorũ vis. Vt fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.

Cùm me hortaretur, parcè, frugaliter, atque

Viuerem vti contentus eo, quod mî ipſe paraſſet:

Nónne vides Albî vt male viuat filius? vtque

Barrus inops? magnum documentum, ne patriam rem

Perdere quis velit: à turpi meretricis amore

Cùm deterreret: Sectani diſſimilis ſis.

Ne ſequerer mœchas, conceſſa cùm Venere vti

Poſſem: deprenſi non bella eſt fama Treboni,

Aiebat. ſapiens vitatu, quídque petitu

Sit melius, cauſas reddet tibi: mî ſatis eſt, ſi

Traditum ab antiquis morem ſeruare: tuámque,

Dum cuſtodis eges, vitam famámque tueri

Incolumem poſſim: ſimul ac durauerit ætas

Membra, animúmque tuum; nabis ſine cortice. ſic me

Forma-

Formabat puerum dictis: &, ſiue iubebat
Vt faceret quid, habes auctorem, quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus ſelectis, obijciebat.
Siue vetabat; An hoc inhoneſtum, & inutile factum,
Néc ne ſit, addubites; flagret rumore malo cùm
Hic, atque ille? auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat, mortíſque metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitijs.
Sic natura iubet: velociùs & citiùs nos — Iuuen. Sat. 14.
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica; magnis
Cùm ſubeant animos auctoribus: vnus & alter
Forſitan hæc ſpernant iuuenes, quibus arte benigna
Et meliore luto finxit præcordia Titan.
Sed reliquos fugienda patrum veſtigia ducunt,
Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abſtineas igitur damnis huiuſce: etenim vel
Vna potens ratio eſt, ne crimina noſtra ſequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis — Natura hominũ corrupta.
Turpibus ac prauis omnes ſumus: & Catilinam
Quocunque in populo videas, quocunque ſub axe:
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus vſquam.
Hæc argumenta ego ædificijs dixi: Nunc etiam volo — Philolaches apud Plaut. in Moſtell.
Dicere, vt homines ædium eſſe ſimiles arbitremini.
Primùm dum parentes fabri liberûm ſunt,
Et fundamentum ſubſtruunt liberorum,
Extollunt, parant ſedulò infirmitatem.
Et vt in vſu boni, & in ſpeciem populo
Sint, ſibíque aut materia ne parcunt,
Nec ſumptus ibi ſumptui eſſe ducunt:
Expoliunt, docent literas, iura & leges
Sumtu ſuo, & labore nituntur, vt



Ayuntamiento de Madrid

*Alij ſibi eſſe illorum ſimiles expetant:*
*Ad legionem quom itant, adminiculum eis danunt.*
*Tum aliquem cognatum ſuum;*
*Eatenus abeunt à fabris.*
*Vnum vbi emeritum eſt ſtipendium igitur, tum*
*Specimen cernitur, quo eueniat ædificatio.*
*Nam ego ad id frugi vſq; & probus fui, in fabrorũ po-*
*Dum fui. [teſtate*
*Poſteaquam immigraui in ingenium meum;*
*Perdidi operam fabrorum ilico oppidò*
*Venit ignauia, ea mihi tempeſtas fuit;*
*Ea mihi aduentu ſuo grandinem, imbrémque attulit,*
*Hæc verecundiam mihi, & virtutis modum*
*Deturbauit, detexitque me ilicò,*
*Poſt illa obtigere, eam negligens fui,*
*Continuò pro imbre amor aduenit in cor meum,*
*Is vſque in pectus permanauit, permadefecit*
*Cor meum. Nunc ſimul res, fides, fama, virtus,*
*Decúsque deſeruerunt; ego ſum in vſu*
*Factus nimio nequior. atque edepol ita*
*Hæc tigna humidè putent, non videor mihi*
*Sarcire poſſe ædes meas, quin totæ*
*Perpetuæ ruant, quin cum fundamento*
*Perierint, nec quiſquam eſſe auxilio queat:*
*Cor dolet, cùm ſcio, nunc vt ſum, atque vt fui,*
*Quo neque induſtrior de iuuentute erat*
*Arte Gymnaſtica, diſco, haſtis, pilæ,*
*Curſu, armis, equo: victitabam volupe:*
*Parſimonia & duritia, diſciplinæ alijs eram:*
*Optumi quique expetebant eam doctrinam ſibi:*
*Nunc poſtque nihili ſum: id verò meopte ingenio*
*repperi.*



Ayuntamiento de Madrid

OFFICIVM DISCIPVLORVM ERGA PRAECEPTORES. Vide ſup. St... pueriſe,fol.... nea 15. Difi... bens tetrici ... præceptoris l... benas Deteſtet &c. vſque Hæc olim genit.&c. *Ouid. 1.Artis.

*Phyllirides puerum cytharæ præfecit Achillem,
Atque animos molli contudit arte feros.
Qui toties ſocios, toties exterruit hoſtes;
Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.
Quas Hector ſenſurus erat poſcente magiſtro,
Verberibus iuſſas præbuit ille manus.
*Dij maiorẽ vmbris, tenuem & ſine pondere terram, Iuuen.7.
Spirantéſque crocos, & in vrna perpetuum ver,
Qui præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco, metuens virgæ iam grandis Achilles
Cantabat patrijs in montibus.

INSTITVTIO PRINCIPIS.

Si tibi Parthorum ſolium fortuna dediſſet Claud. de quarto Honorij conſulatu.
Chare puer, terriſque procul venerandus Eois,
Barbarus Arſacio conſurgeret ore Tiaras:
Sufficeret ſublime genus: luxúque fluentem
Deſide nobilitas poſſet te ſola tueri.
Altera Romanæ longè rectoribus aulæ
Conditio. virtute decet non ſanguine niti.
Maior & vtilior facto coniuncta potenti.
Vile latens virtus: quid enim ſubmerſa tenebris Virtus.
Proderit? obſcuro veluti ſine remige puppis,
Vel lyra quæ reticet, vel qui non tenditur arcus.
Hanc tamen haud quiſquam, qui non agnouerit antè
Semet, & incertos animi placauerit æſtus,
Inueniet: longis illic ambagibus itur.
Diſce orbis quod quiſque ſibi, quum conderet artus
Noſtros æthereis miſcens terrena Prometheus,
Synceram patri mentem furatus olympo,
Continuit clauſtris, indignantémque reuinxit.



Ayuntamiento de Madrid

Et quum non aliter poſſent mortalia fingi,
Adiunxit geminas, illæ cum corpore lapſæ
Ratio. Intereunt, hæc ſola manet, buſtóque ſuperſtes
Euolat: hanc alta capitis fundauit in arce
Mandatricem operum proſpecturámque labori.
Illas inferiùs collo præceptáque ſummæ
Paſſuras dominæ digna ſtatione locauit.
Quippe opifex veritus confundere ſacra prophanis,
Diſtribuit partes animæ, ſedéſque remouit.
Iræ ſedes. Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, auidámque nocendi,
Præcipitémque ſui rabie ſuccenſa tumeſcit,
Contrahitur tepefacta metu: quúmque omnia ſecum
Duceret, & requiem membris veſana negaret;
Inuenit pulmonis opem: madidúmque fluenti
Præbuit, vt tumidæ ruerent in mollia fibræ.
Auaritiæ ſedes. At ſibi cuncta petens, nil collatura cupido,
In iecur, & tractus imos compulſa receſſit:
Quæ velut immanes reſerat dum bellua rictus;
Expleri, paſcique nequit. nunc verbere curas
Torquet auaritiæ, ſtimulis nunc flagrat amorum,
Nunc gaudet, nunc mæſta dolet, ſatiatáque rurſus
Exoritur, cæſáque redit pollentius hydra.
Hos igitur potuit ſi quis ſedare tumultus,
Inconcuſſa dabit puræ ſacraria menti.
Quis liber. Tu licet extremos latè dominère per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent;
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges. tunc omnia iura tenebis,
Cùm poteris rex eſſe tui: proclinior vſus
Licentia. In peiora datur, ſuadétque licentia luxum,

Illece-

Illecebríſque effrena fauet: tunc viuere caſtè
Aſperius, quum prompta Venus: tum durius iræ
Conſulimus, quum pœna patet. ſed comprime motus:
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mentémque domet reſpectus honeſti.
Hoc te præterea crebro ſermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe
Facta palam, nec poſſe dari regalibus vſquam
Secretum vitijs: nam lux altiſsima fati
Occultum nil eſſe ſinit, latebráſque per omnes
Intrat, & abſtruſos explorat fama receſſus.
Sis pius in primis: nam cùm vincamur in omni
Munere, ſola deos æquat clementia nobis.
Neu dubiè ſuſpectus agas, neu falſus amicis
Rumorúmue auidus: qui talia curat, inanes
Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.
Non ſic excubiæ, nec circunſtantia pila,
Quàm tutatur amor. non extorquebis amari:
Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.
Nónne vides operum quî ſe pulcherrimus ipſe
Mundus amore ligat? nec vi connexa per æuum
Conſpirant elementa ſibi? quî limite Phœbus
Contentus medio? contentus littore pontus?
Et, qui perpetuò terras ambitque vehítque,
Nec premat incumbens oneri, nec ceſſerit aër?
Qui terret, plus ipſe timet. ſors iſta tyrannis Tyrannis.
Conuenit: inuideant clauis fortéſque trucident,
Muniti gladijs viuant, ſeptíque venenis
Ancipites habeant arces, trepidíque minentur.
Tu ciuem patrémque geras: tu conſule cunctis;
Nec tibi: nec tua te moueant, ſed publica vota.



Ayuntamiento de Madrid

*In commune iubes ſi quid, cenſéſque tenendum,*
*Primus iuſſa ſubi: tunc obſeruantior æqui*
*Fit populus, nec ferre vetat, quum viderit ipſum*
*Autorem parêre ſibi: componitur orbis*
*Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta valent, quàm vita regentis.*
*Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.*
*His tamen effectis, nec faſtidire minores,*
*Neu pete præſcriptos homini tranſcendere fines.*
*Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.*
*Non tibi tradidimus dociles ſeruire Sabæos,*
*Armeniæ dominum nec te præfecimus oræ,*
*Nec damus Aſſyriam, tenuit quam fœmina gentem;*
*Romani, qui cuncta diu rexere, regendi:*
*Qui nec Tarquinij faſtus, nec iura tulere*
*Cæſaris: annales veterum delicta loquuntur.*
*Hærebunt maculæ. quis non per ſæcula damnat*
*Cæſareæ portenta domus? quem dira Neronis*
*Funera, quem rupes Caprearum tetra latebit*
*Inceſto poſſeſſa ſeni? victura feretur*
*Gloria Traiani; non tam quòd Tigride victo,*
*Noſtra triumphati fuerat prouincia Parthi,*
*Alta quòd inuectus ſtratis Capitolia Dacis;*
*Quàm patriæ quòd mitis erat: nec deſine tales*
*Nate ſequi. ſi bella tonent, prius agmina duris*
*Exerce ſtudijs, & ſæuo præſtrue Marti.*
*Non brumæ requies, non hybernacula ſegnes*
*Eneruent torpore manus. ponenda ſalubri*
*Caſtra loco, præbenda vigil cuſtodia vallo.*
*Diſce vbi denſari cuneus, vbi cornua tendi*
*Æquius, aut iterum flecti: quæ montibus aptæ,*
*Quæ campis acies: fraudi quæ accommoda vallis,*

Quæ

Ayuntamiento de Madrid

*Quæ via difficilis. fidit ſi mœnibus hoſtis;*
*Tum tibi murali libretur machina pulſu,*
*Saxa rotet præceps aries, protectáque portas*
*Teſtudo feriat: ruat emerſura iuuentus*
*Effoſsi per operta ſoli. ſi longa moretur*
*Obſidio; tum vota caue ſecura remittas,*
*Incluſúmue putes: multis damnoſa fuere*
*Gaudia diſperſi pereunt, ſomnóque ſoluti.*
*Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.*
*Neu tibi regificis tentoria larga redundent*
*Delitijs, neue imbelles ad ſigna miniſtros*
*Luxuries armata trahat: neu flantibus Auſtris,*
*Neu pluuijs cedas, neu defenſura calorem*
*Aurea ſubmoueant rapidos vmbracula ſoles.*
*Inuentis vtare cibis: ſolabere partes*
*Aequali ſudore tuas: ſi collis iniquus;*
*Primus ini: ſyluam ſi cedere prouocat vſus;*
*Ne pudeat ſumpta quercum ſtrauiſſe bipenni:*
*Calcatur ſi pigra palus; tuus ante profundum*
*Prætentet ſonipes: fluuios tu protere curru*
*Hærentes glacie: liquidos tu ſcinde natatu.*
*Nunc eques in medias equitum te conſere turmas:*
*Nunc pedes aſsiſtas pediti: tum promptius ibunt*
*Te ſocio, tum conſpicuus gratúſque feretur*
*Sub te teſte labor.-*
*Interea Muſis animus dum mollior inſtet,* Artes humanæ & liberales.
*Et quæ mox imitere legas: nec deſinat vnquam*
*Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.*
*Antiquos euolue duces, aſſueſce futuræ* Hiſtoriarũ vſus.
*Militiæ, Latium retro te confer in æuum.*
*Libertas quæſita placet, mirabere Brutum.*
*Perfidiam damnas, Metij ſatiabere pœnis:*

Triſte rigor nimius, Torquati deſpue mores:
Mors impenſa bonum, Decios venerare ruentes:
Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles, Mutij te flamma docebit:
Quid mora perfringat, Fabius quid rebus in arctis.
Dux gerat, oſtendet Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc, nullos meritis obſiſtere caſus.
Prorogat æternam feritas tibi Punica famam,
Regule ſucceſſus ſuperant aduerſa Catonis.
Diſcitur hinc quantum paupertas ſobria poßit.
Pauper erat Curius, reges quum vinceret armis:
Pauper Fabricius, Pyrrhi quum ſperneret aurum:
Sordida Serranus flexit dictator aratra?
Luſtratæ lictore caſæ, faſcésque ſalignis
Poſtibus affixi, collectæ conſule meſſes,
Et ſulcata diu trabeato rura colono.
in 2. Pane. in lau. Stil. Iuſtitia vtilibus rectum præponere ſuadet:
Communésque ſequi leges, iniuſtáque nunquam
Largiri ſocijs: durum Patientia corpus
Inſtruit, vt nulli cupiat ceſſiſſe labori.
Temperies, vt caſta petas: Prudentia, ne quid
Inconſultus agas: Conſtantia, futile ne quid
Infirmúmque geras. procul importuna fugantur
Numina, monſtriferis quæ tartarus edidit antris.
At primum ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo
Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Auaritiam, cuius fœdißima nutrix
Ambitio, quæ veſtibulis foribúsque potentum
Excubat, & pretijs commercia paſcit honorum.

PRINCIPIS OFFICIVM.

Martial. 8. Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos.
Virg. 6. Aeneid. *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

*Sis

Ayuntamiento de Madrid

*Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur, Ouid.6.Faſt.
Quum iudex alios quod monet, ipſe facit.
*Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis. 2.de Pont.
*Eſt piger ad pœnas princeps, ad præmia velox: 2.de Pon.
Cuique dolet, quoties cogitur eſſe ferox.
*Principibus placuiſſe viris, non vltima laus eſt. Claud.4.conſ. Hon.
*Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus. *Hor.1.Ep.17.
*Pulchrum eminere eſt inter illuſtres viros, Sen.in Octa. actu.2.
Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare,
Orbi quietem, ſæculo pacem ſuo.
Hæc ſumma virtus, petitur hac cælum via.

PRINCIPVM VITIA CONSPICVA.

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Iuuen.8.
Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.
*Scilicet in vulgus manant exempla regentum, Claudia.
Vtqúe ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.

LEGES.

-Pereunt diſcrimine nullo Luc.3.
Amiſſæ leges: ſed pars viliſſima rerum
Certamen moniſtis opes.

IVRA INVENTA METV INIVSTI.

*Publica lex hominum, naturáque continet hoc fas, Perſ.5.
Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.
*Pateto legi, quiſque legem ſanxeris. Auſ.Pitt.
*-Datæ leges, ne fortior omnia poſſet. Ouid.3.Faſt.
*Quid leges ſine moribus Hor.3.Od.24.
Vanæ proficiunt?
*Hic poterit cauere rectè, iura qui & leges tenet. Plaut.Epid.
*Mihi non videtur, quod ſit factum legibus, Ter.Phorm.
Reſcindi poſſe.



Ayuntamiento de Madrid

Petronius. *Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat?
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Ouid.1.Art. -Neque enim lex iuſtior vlla eſt,
Quàm necis artifices arte perire ſua.
Plaut.Trin. *Mores, leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam.

## LICENTIA.

Ter.Adel. -Nimia illa licentia
Profectò euadet in aliquod magnum malum.
Claudian.4. Hon.conſ. -Procliuior vſus
In peiora datur, ſuadétque licentia luxum,
Illecebríſque effrena fauet.
Ter. Heaut. *Deteriores omnes ſumus licentia.
Ouid.3. Amor. *Cui peccare licet, peccat minùs: ipſa poteſtas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Sen. in Tro. *Minimum decet, libère cui multum licet.
Publ. Mim. *Cui plus licet quàm par eſt, plus vult quàm licet.
Cleo.Lyn. *Quanto plus liceat, tàm libeat minùs.
Ouid.9. Met. *Quid liceat noſcemus adhuc, & cuncta licere
Credimus?

## OBLIVIO.

Plaut. Cap. -Mos obliuiſci hominibus,
Neque nouiſſe, cuius nihil ſit faciunda gratia.
Plaut. Pœn. *Nihili eſt autẽ, ſuum qui officium facere eſt immemor
Niſi adeo monitus.
Publ. Mim. *Iniuriarum remedium eſt obliuio.

## MEMORIA.

Plaut.Pſeu. Memorem immemorẽ facit qui monet, quod memor
Meminit. -
Sen.œdip. *Prima langueſcit ſenum
Memoria, longõ laſſa ſublabens ſitu.

AD-

### ADHORATIO.

*Quæ tu cùm præſtes, remo tamen vtar & aura,* Ou.2. Pont.
*Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo.*
*Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores,* Ibidem.
*Si tamen horteris, fortiùs ibit equus.*
*Qui monet vt facias, quod iam facis; ille monendo* 5.Triſt.
*Laudat, & hortatu comprobat acta ſuo.*
*Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte* 1.de remed.
*Reſpuit, atque odio verba monentis habet.*

### NIHIL SVPRA VIRES.

*Turpe eſt, quod nequeas capiti committere pondus,* Prop.3.7.
*Et preſſum inflexo mox dare terga genu.*
*Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta,*
*Fama nec ex æquo ducitur vlla iugo.*
*Tu nihil inuita dices, faciéſue Minerua.* Hor.Art.
*Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam* Ibidem.
*Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,*
*Quid valeant humeri.*
*Quod natura negat, reddere nemo poteſt.* Corn. Gall.5.
*Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.* Martial.

### LABOR, ASSIDVITAS.

*-Labor omnia vincit* Virg.1.Georg.
*Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.*
*Nil tam difficile eſt, quin inquirendo inueſtigari poſſit.* Ter. Heaut.
*Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,* Hor. Art.
*Multa tulit, fecítque puer, ſudauit & alſit,*
*Abſtinuit Venere, & Baccho.*
*-Nil ſine magno* 1.Serm. 9.
*Vita labore dedit mortalibus.*
*Confiteor facere hoc annos: ſed & altera cauſa eſt,* Ouid. 1.Pont.5.
*Anxietas animi, continúſque labor.*
*Cernis vt in duris (& quid boue firmius?) aruis*



Ayuntamiento de Madrid

Fortia taurorum corpora frangat opus?
4.Faſt. *-Non ſentitur ſedulitate labor.
2.Art. *Ardua molimur: ſed nulla, niſi ardua vincunt,
Difficilis noſtra poſcitur arte labor.
Mart.1. *Pingue ſolum laſſat, ſed iuuat ipſe labor.
Tibull.1.4. *Nec te pœniteat duro ſubiiſſe labori,
Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.
Claud.in nupt. Hon. *Non quiſquam fruitur veris odoribus,
Hiblæos latebris nec ſpoliat fauos,
Si fronti caueat, ſi timeat rubos.
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.
Ouid.2.Art. *Dum vires annique ſinunt; tolerate labores.
Iam veniet tacito curua ſenecta pede.
Boëth.47. *Herculem duri celebrant labores:
Vltimus cælum labor irreflexo
Suſtulit collo, pretiúmque rurſus
Vltimi cælum meruit laboris.
Hor.Epod.ad Canid. *Nullum à labore me reclinat otium,
Vrget diem nox, & dies noctem.
Plaut.Pſeud. *-Hoc euenit
In labore atque in dolore, vt mors obrepat interim.
Sen.her.f. *-Quod fuit durum pati,
Meminiſſe dulce eſt.
Plaut. Qui è nuce nucleum eſſe volt, frangit nucem.

## OTIVM IGNAVVM.

Ouid.5.Triſt.12 *Adde quòd ingenium longa rubigine læſum
Torpet, & eſt multò quàm fuit ante minus.
Fertilis, aſſiduo ſi non renouetur aratro,
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.
Tempore qui longo ſteterit, male curret, & inter
Carceribus miſſos vltimus ibit equus.
Vertitur in teneram cariem, rimiſque dehiſcit,



Ayuntamiento de Madrid

Si qua diu ſolitis cymba vacabit aquis.
*Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus? Ouid.1. Pont.
Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ?
*Otia ſi tollas, periêre Cupidinis arcus, 1. de Reme.
Contemptæque iacent, & ſine luce faces.
Quàm platanus riuo gaudet, quàm populus vnda,
Et quàm limoſa canna paluſtris humo;
Tam Venus otia amat.
*Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati, Hor.1.Ep.2.
Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoíque,
In cute curanda plus æquo operata iuuentus,
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.
*Otium Catulle tibi moleſtum eſt: Cat. Ep.48.
Otio exultas, nimiúmque geſtis:
Otium & reges prius, & beatas
Perdidit vrbes.
*Variam ſemper dant otia mentem. Luc.4.
*- Nimis homo Plaut.Rud.
Nihili eſt, qui piger eſt, nimíſq; id genus odi ego male.
Vigilare decet hominem, qui vult ſua tempori conficere officia.
Non enim illum expectare oportet, dum herus ſe ad ſuum ſuſcitet officium.
Nã qui dormiũt libẽter, ſine lucro & cũ malo quieſcũt.
*Quæritur, AEgyſthus quare ſit factus adulter, Ouid.1.Rem.
In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat.
-Ita vt ingenium eſt omnium Ter.And.
Hominum à labore procliue ad libidinem.
*Arcum intenſio frangit, animum remiſſio. Publ.Mim.
*Otio qui neſcit vti, plus negotij habet, Ennius apud Agell.
Quàm cùm eſt negotium in negotio.

Nam

Ayuntamiento de Madrid

Nam cui quod agat, inſtitutum eſt, nullo negotio
Id agit. ſtudet ibi, mentē atque animū delectat ſuum:
Otioſo initio animus neſcit, quid velit.

OTIVM BONVM.

Ouid.1.Pont. Otia corpus alunt, animus quoque paſcitur illis.
Immodicus contrà carpit vtrunque labor.
Epiſt. 4. *Quod caret alterna requie durabile non eſt:
Hæc reparat vires, feſſáque membra leuat.

CVRA.

Ou.3.Metam. Attenuant vigiles corpus miſerabile curæ.
Ouid.1.Rem. Me duce damnoſas, homines compeſcite curas.
2.Art. -Lenteſcunt tempore curæ.
Perſius 1. *O curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane!
Ouid.1.Pont. *Cura quoque interdum nulla medicabilis arte:
Aut ſi ſit, longa eſt attenuanda mora.
3.Faſt. *Sollicitæ mentes ſpéque metúque pauent.
Plaut.Aul. *Oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet.
Cic.ex.Enn. *O Tite ſi quid ego adiûro curámue leuaſſo,
Quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectora fixa.
Hor.3.Car.16. *Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Maiorúmque fames.-
Tib.3.3. *Non opibus mentes homini, curæque leuantur.

VOLVPTAS.

Ouid.1.Pont. *Nec vires adimit Veneris damnoſa voluptas.
Tere.Hec. *-ſanè hercle homo voluptati obſequens
Fuit, dum vixit: & qui ſic ſunt, haud multū hæredem iuuant.
Ouid.1.Art. *Curæ eſt ſua cuique voluptas.
Virg.Ecl.2. *Trahit ſua quenque voluptas.
Plaut.Mer. *Voluptas eſt malorum eſca.
In Amph. *Ita quoique comparatum
Eſt in ætate hominum

Ita

Ayuntamiento de Madrid

*Ita diſplacitum, voluptati vt mæror comes cõſequatur.*
*Quin incommodi plus malíque illico aſsit, boni ſi obtigit quid.*
*Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.* Hor. 1. Epiſt.
*-Dolor ac voluptas* Sen. Thyeſt.
*Inuicem cedunt: breuior voluptas.*
*-Vſque adeò nulla eſt ſyncera voluptas.* Ouid. 7. Met.
*Sollicitúmque aliquid lætis interuenit.*
**Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis.* 6. Faſt.
*-Voluptates commendat rarior vſus.* Iuuen. 11.

CONTINENTIA.

*Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.* Ouid. Epiſt. 16.

EBRIETAS, VINVM.

*Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,* Hor. 1. Ep. 5.
*Spes iubet eſſe ratas, in prœlia trudit inermem,*
*Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.*
*Fecundi calices quem non fecere diſertum?*
*Contracta quem non in paupertate ſolutum?*
**Ebrietas vt vera nocet, ſic ficta iuuabit.* Ouid 1. Art.
**Aut nulla ebrietas, aut tanta ſit, vt tibi curas* 2. de Remed.
*Eripiat: ſi qua eſt inter vtrunque, nocet.*
**Arcanum demens detegit ebrietas.* Virg. opuſc.
**Vina parant animos Veneri.* Ouid. 2. Remed.
**Nox & amor, vinúmq; nihil moderabile ſuadent:* 1. Amor.
*Illa pudore vacat, Liber amórque metu.*
**Vina parant animos faciúntque caloribus aptos:* 2. Art.
*Cura fugit, multo diluitúrque mero.*
**Bacchus & agricolæ magno confecta labore* Tibul. 1. 7.
*Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit.*
*Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert,*
*Crura licet dura compede pulſa ſonent*

*Mag-

Ayuntamiento de Madrid

Plau.Pſeud. *Magnum hoc vitium vino eſt, pedes captat primùm,
Luctator doloſus eſt.
Plaut. Trin. -Vinum ſi
Fabulare poſſit, ſe defenderet: non vinum moderari,
Sed vino ſolent qui quidem probi ſunt.
Prop.2.33. *Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.
Virg. opuſc. *Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,
Vno nanque modo vina Venúſque nocent.
Vt Venus eneruat vires; ſic copia Bacchi,
Et tentat greſſus, debilitátque pedes.

## SOBRIETAS, ET CIBORVM ABSTINENTIA.

Hor.2.Ser.2. Accipe nunc, victus tenuis quæ quantáque ſecum
Afferat: in primis valeas bene: nam variæ res
Vt noceant homini credas, memor illius eſcæ,
Quæ ſimplex olim tibi ſederit. at ſimul aſſis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis:
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachóque tumultum
Lenta feret pituita. vides, vt pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? quin corpus onuſtum
Heſternis vitijs animum quoque prægrauat vnà;
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ?
Alter, vbi dicto citius curata ſopori
Membra dedit, vegetus præſcripta ad munia ſurgit.
Plaut.Curc. -Coquos equidem nimis
Demiror, qui tot vtuntur condimentis: eos eo
Condimento non vtier, quod præſtat omnibus.
Lucan.4. *Diſcite quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat: non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus:
Non auro myrrháque bibunt: ſed gurgite puro

Vita

Ayuntamiento de Madrid

*Vita redit : ſatis eſt populis fluuiúſque Ceréſque.*
*Quæ virtus & quanta, boni, ſit, viuere paruo,* Hor.2.Serm.2.
*Nec meus hic ſermo eſt, ſed quem præcepit Ofellus.*
*Ieiunus raro ſtomachus vulgaria temnit.* Ibidem.
*Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.* Ouid. 16. Ep.9
*Heu quantum ſcelus eſt, in viſcere viſcera condi,* 15.Meta.
*Congeſtóque auidum pingueſcere corpore corpus,*
*Alteriúſque animantem animantis viuere letho!*
*-Cunctis animalibus abſtinuit qui* Iuuen.15.
*Tanquam homine, & ventri indulſit non omne legumẽ.*

FAMES.

*Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris,* Ouid.8.Met.
*Triſte ſolum, ſterilis ſine fruge, ſine arbore tellus:*
*Frigus iners, illic habitant Pallórque Tremórque,*
*Et ieiuna Fames.*
*Quæſitámque Famem lapidoſo vidit in agro* Et infra.
*Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.*
*Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,*
*Labra incana ſitu, ſcabri rubigine dentes,*
*Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent:*
*Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.*
*Ventris erat pro ventre locus : pendêre putares*
*Pectus, & à ſpinæ tantummodo crate teneri:*
*Auxerat articulos macies, genuúmque tumebat*
*Orbis, & immodico prodibant tubere tali.*
*-Fames & mora bilem in naſum conciunt.* Plaut. Amph.
*Ieiunus ſtomachus rarò vulgaria temnit.* Hor.2.Ser. 2.
*Quis expediuit Pſittaco ſuum χαῖρε?* Perſ.proœ.
*Picáſque docuit noſtra verba conari?*
*Magiſter artis, ingeníque largitor*
*Venter, negatas artifex ſequi voces.*

## LVXVS.

Lucan.3. -O prodiga rerum
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quæſitorum terra pelagóque ciborum
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ.
Diſcite, quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat.
Senec.Hipp. Dum quis ſecundis rebus exultat nimis,
Fluítque luxu ſemper inſolita appetens:
Tunc illum magnæ dira fortunæ comes
Subit libido: non placent ſuetæ dapes,
Non tecta ſani moris, aut vilis cibus.

## AMOR.

Prop.2.12. Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nónne putas miras hunc habuiſſe manus?
Is primùm vidit, ſine ſenſu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,
Fecit & humano corde volare deum:
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,
Noſtràque non vllis permanet aura locis.
Et meritò hamatis manus eſt armata ſagittis,
Et pharetra ex humero Gnoſſia vtroque ſonat:
Antè ferit quoniam, tuti quàm cernimus hoſtem,
Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.
Ouid.3.Am. *Errat, & in nulla ſede moratur amor.
2. Am. *Amor odit inertes.
3.Am.4. *Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat
Argus, & hos vnus ſæpe fefellit amor.
Epiſt. 4. *Venit amor grauius, quò ſerius: vrimur intus,
Vrimur, & cæcum pectora vulnus habent.
Epiſt.13. *Fortius ille poteſt multo qui pugnat amore.

*Credo

Ayuntamiento de Madrid

*Credo ego amorem apud homines carnuficinam commentum. Plaut. Ciſt.
Ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat, non dat, deludit:
Modò quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat.
*Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem Vir. Ecl. 8.
Commaculare manus.
*Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis? Idem 4. AEn.
*Odit verus amor nec patitur moras. Sen. her. f.
*Quid non cogit amor? Martial. 5.
*Vtile propoſitum eſt, ſæuas extinguere flammas, Ouid. 1. Reme.
Nec ſeruum vitijs pectus habere ſuum.
*Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori: Ibidem.
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Solus amor morbi non amat artificem. Prop. 2. 1.
*Verus amor nullum nouit habere modum. Eodem 15.
*Scilicet inſano nemo in amore videt. Eodem 14.
*Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet. Eodem 15.
*Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Ouid. 2. Met.
Maieſtas & amor.-
-Finem qui quæris amori, 1. Remed.
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
Deſidiam puer ille ſequi ſolet: odit agentes:
Dat vacuæ menti quo teneatur, opus.
Quæritur, Aegyſthus quare ſit factus adulter:
In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat.
*Diuitijs agitur luxurioſus amor. 2. Remed.
*Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Epiſt. 1.
In amore hæc omnia inſunt vitia: iniuriæ, Ter. Eun.
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,

Bellum, pax rurſum: incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, vt cum ratione inſanias.
Ibidem. *Sine Cerere & Libero friget Venus.
Plaut.Caſ. *Nanque vbi amor condimentum inerit, quoiuis placiturum credo:
Neque ſalſum neque ſuaue eſſe poteſt quidquam, vbi amor non admiſcetur.
Fel quod eſt amarum, id mel faciet: hominem ex triſti lepidum, & lenem.
Ciſtell. *Nam ecaſtor amor & melle & felle eſt fecundiſſimus:
Guſtu qui dat dulce, amarũ ad ſatietatẽ vſq; oggerit.
Mercat. *Nam amorem hæc cuncta vitia ſectari ſolent:
Cura, ægritudo, nimiáque elegantia.
Hæc non illum modò qui amat, ſed quemque attigit,
Magno atque ſolido mulctat infortunio.
Nec pol profectò quiſquam ſine grandi malo,
Præ quàm res patitur, ſtuduit elegantiæ.
Sed amori accedunt etiam minùs hæc quæ dixi:
Inſomnia, ærumna, error, terror, & fuga,
Ineptia, ſtultitiáque adeò, & temeritas,
Incogitantia, excors immodeſtia,
Petulantia, cupiditas, & maleuolentia,
Inhæret etiam auiditas, deſidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & diſpendium.
Plaut.Trin. -Nunquam
Amor quenquam niſi cupidum hominem poſtulat ſe in plagas
Conijcere: eos cupit, eos conſectatur, ſubdolè blanditur, ab re
Conſulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus,

Ele-

Ayuntamiento de Madrid

Elegans, deſpoliator, latebricolarum hominũ corruptor,
Blãdus, inops, cælati indagator. nã qui ab eo quod amat,
Quam extemplò ſauijs ſagittatis percuſſus eſt, ilico res foras
Labitur, liquitur. da mihi hoc, mel meum, ſi me amas, ſodes.
Ibi ille cuculus, ocelle mi, fiat & iſthuc : & ſi amplius vis dari,
Dabitur : ibi illa pendentem ferit, iam amplius orat. non ſat
Id eſt mali, ni amplius etiam quod ebibit, quod comeſt,
Quod facit ſumpti, nox datur, ducitur familia tota,
Veſtiſpicæ, vnctor, auri cuſtos, flabelliferæ, ſandaligerulæ,
Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & peni.
Fit ipſe, dum illis comis eſt, inops amator.-
*Amor amara dat tibi ſatis, quod ægrè ſit, fugit forum: fugat tuos Infrà.
Cognatos, fugat ipſe ſe à ſuo contuitu.
Neque enim eum ſibi amicum volunt dici. mille modis amor ignorandu'ſt.
Procul adhibendus eſt, atq; abſtinẽdus. nã qui in amore
Præcipitauit, peius perit, quàm ſi ſaxo ſaliat.
Apage ſis amor, tuas res tibi habe, amor mihi amicus ne fuas vnquam.
*Ita eſt amor, baliſta vt iacitur: nihil ſic celere eſt, neq; volat. Ibidem.
Atque is mores hominum moros, & moroſos efficit,
Minus placet magis quod ſuadetur, quod diſſuadetur placet.
*Amor animi arbitrio ſumitur, non ponitur. Publ.Mim.



Ayuntamiento de Madrid

Idem. *Amare & ſapere vix Deo conceditur.
Ouid.4.Met. *Quóque magis tegitur, tectus magis æſtuat ignis.
in epiſt. *Quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flamma ſuo.
Idem. *Sed male diſſimulo: quis enim celauerit ignem?
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo.
Idem. *Sed tamen apparet diſſimulatus amor.
Sen.Oct. *Volucrem eſſe Amorem fingit immitem deum
Mortalis error, armat & telis manus,
Arcúſque ſacros inſtruit ſæua face:
Genitúmque credit Venere, Vulcano ſatum.
in Hipp. -Ille per cælum volans
Proterua tenera tela molitur manu,
Regnúmque tantum minimus in ſuperos habet.
Vana iſta demens animus aſciuit ſibi,
Veneriſque numen finxit, atque arcus dei.
in Med. *Cæcus eſt ignis ſtimulatus ira,
Nec regi curat, patitúrue frena,
Haud timet mortem, cupit ire in ipſos
Obuius enſes.
Prop.2.14. *Ante pedes cæcis lucebat ſemita nobis.
Scilicet inſano nemo in amore videt.
Ouid.3.Art. *Errat & in nulla ſede moratur amor.
de Remed. *Diuitijs alitur luxurioſus amor.
Ibidem. *Otia ſi tollas, periêre cupidinis arcus,
Contemptæqúe iacent & ſine luce faces.
in Eleg. *Finem quæris amori?
Cedit amor rebus: res age, tutus eris.
Senec.Oct. *Amor eſt: iuuentæ gignitur luxu, ocio
Nutritur inter læta fortunæ bona.
Quem ſi fouere, aut alere deſiſtas, cadit:
Breuíque vires perdit extinctus ſuas.

*Verbum

Ayuntamiento de Madrid

*Verbum hercle hoc verum eſt, Teren.Eun.
Sine Cerere & Libero friget Venus.
*Et in vacuo pectore regnat amor. Ouid.Eleg.
*Edepol qui amat miſera ærumna afficitur. Plaut.Curc.
Ipſus ſe excruciat, qui homo quod amat, videt, nec
potiri poteſt.
*Bonum eſt pauxillum amare ſanè, inſanè non ſo- Idem eodem.
lum bonum eſt,
Verùm totum inſanum amare.-
*Vt pene extinctum cinerem ſi ſulphure tangas, Ouid.2.Remed.
Viuet, & ex minimo maximus ignis erit:
Sic, niſi vitaris quicquid reuocabit amorem,
Flamma redardeſcet, quæ modò nulla fuit.
*Et vidi & perij, nec notis ignibus arſi, in Epiſt.
Ardet vt ad magnos pinea tæda deos.
*Retinet malus amor amantem. Ouid.Remed.
*Ego illic aſpicio forma eximia mulierem, Plaut.Merc.
Quam ego poſtquam aſpexi, non ita amo vt ſani ſolent
Homines, ſed eodem pacto vt inſani ſolent.
*Lenteſcunt tempore curæ: Ouid.Remed.
Vaneſcitque abſens & nouus intrat amor.
*Arte citæ velóque rates remoque reguntur: Idem Art.
Arte leuis currus, arte regendus amor.
*Qui non vult fieri deſidioſus, amet. Ibidem.
*Dij boni quid hoc morbi eſt? adeon' homines immutari Terent.Eun.
Ex amore, vt non cognoſcas eundem eſſe?
*Dum nouus eſt cœpto potius pugnemus amori: Ouid. Helen.
Flamma recens parua ſparſa reſedit aqua.
*Ah, quanto ſatius eſt, Ter. And.
Te id dare operam qui iſtum amorem ex animo dimo-
ueas tuo,
Quàm id loqui quo magis lubido fruſtrà incẽdatur tua!



Ayuntamiento de Madrid

Sen.Hipp. *-Pectus inſanum vapor,
Amórque torret, intimas ſæuus vorat
Penitus medullas, atque per venas meat
Viſceribus ignis merſus, & venis latens:
Vt agilis altas flamma percurrit trabes.
Plaut.mil. *Sumne ego miſer, qui nuſquam queo bene quieſcere?
Si domi ſim, foris eſt animus: ſin foris ſim, animus domi eſt:
Ita mihi in corde facit amor incendium.
Virg.2.Ecl.2. *Me tamen vrit amor. quis enim modus adſit amori?
Ouid. Metam. *Audacem faciebat amor:
Et nihil eſt quod non effreno captus amore
Auſit.
Senec. Hipp. *Nihil immune eſt: odiúmque perit;
Cùm iuſsit amor: veteres cedunt
Ignibus iræ.
Idem. *Sæpe obſtinatis induit frenos
Amor, & odia mutat.
Virg.opuſ. *Omnia vincit amor: quid enim non vinceret ille?
Ouid.Epiſt. *Quicquid amor iuſsit non eſt contemnere tutum:
Regnat, & in ſuperos ius habet ille deos.
Senec. Hipp. *Iſte laſciuus puer acre nitens,
Tela quàm certo iaculatur arcu!
Labitur totas furor in medullas,
Igne furtiuo populante venas.
Non habet latam data plaga frontem,
Sed vorat tectas penitus medullas.
Nulla pax iſti puero, per orbem
Spargit effuſas agilis ſagittas.
Ouid.Art.1. *Non bene cum ſocijs regna Venúſque manent.
Prop.2.15. *-Errat, qui finem veſani quærit amoris.
Ouid.de Rem. *Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem.

AMOR

Ayuntamiento de Madrid

## AMOR PVDICVS.

*Amor perennis coniugis caſtæ manet. Sen.Oct.
*Difficile eſt longum ſubito deponere amorem. Cat.Ep.71.
*Nam in hominum ætate multa eueniunt huiuſmodi. Plaut.Am.
Capiunt voluptates, mox rurſum miſerias,
Iræ interueniunt, redeunt rurſum in gratiam.
Verùm iræ ſiquæ forte eueniunt huiuſmodi,
Inter eos rurſum ſi reuentum in gratiam eſt,
Bis tanto amici ſunt inter ſe quàm prius.
*Quæ modò pugnarunt, iungunt ſua roſtra columbæ: Ouid.Art.
Quarum blanditias, verbáque murmur habet.
*-In amore hæc ſunt mala: bellum, Hor.2.Sat.3.
Pax rurſum.
*Hic eſt cunctis communis amor, Boeth.4,6.
Repetúntque boni fine teneri:
Quia non aliter durare queant,
Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſſæ, quæ dedit eſſe.
*Manet amor tectus ſi non ab amante recedas, Ouid.Rem.
Turbáque in hoc omnes ingenioſa ſumus.

## AMANS ET AMATOR.

*Quid deceat non videt vllus amans. Ouid.epiſt.
*Anima eſt amica amanti: ſi abeſt, nullus eſt: Plaut.Bacch.
Si adeſt, res nulla'ſt: ipſus eſt nequam & miſer.
*-qui amat, quod amat ſi id habet, id habet pro cibo: Plaut.Merc.
Videre, amplectier, oſcularier, alloqui.
*Námq; edepol lucrum amare nullum amatorẽ addecet. Idem Pœn.
*Celerem oportet eſſe amatoris manum. Idem Bacc.
*Subſilite obſecro, & mittite iſthanc foras, Idem Cur.
Quæ mihi miſero amanti ebibit ſanguinem.
*Quaſi in piſcinam rete qui iacit, vim parat. Plaut.Truc.



Ayuntamiento de Madrid

Quando abijt rete, peſſum abducit.
Si iecit rete, piſcis ne effugiat, cauet.
Dum huc, dum illuc reti eos impedit
Piſces vſque adeò donicum eduxit foras.
Itidem eſt amator, ſi id quod oratur, dedit,
Atque eſt benignus potius quàm frugi bonæ.
Adduntur noctes; interim ille hamum vorat.
Si ſemel amoris poculum accepit merè.

Prop.2.5. *Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus vndæ,
Nec dubio nubes vertitur atra Noto,
Quàm facile irati verbo mutantur amantes.
Dum licet, iniuſto ſubtrahe colla iugo.

Eodem 24. *Libertas quoniam nulli iam reſtat amanti.
Nullus liber erit, ſi quis amare velit.

Eodem 17. *Durius in terris nihil eſt, quod viuat amante,
Nec modo ſi ſapias, quod minus eſſe velis.

Idem 1.5. *Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti.
Neſcit amor priſcis cedere imaginibus.

Idem 2.30. *Inſtat ſemper Amor ſupra caput, inſtat amanti,
Et grauis ipſe ſuper libera colla ſedet.

Boëth.3.12. *Quis legem dat amantibus?
Maior lex amor eſt ſibi.

Terent.Heaut. *Noui ego amantium animum, aduertunt grauiter ea quæ non cenſeas.

Plaut.Aſin. *Quaſi piſcis, itidem amator lenæ: nequam eſt niſi recens:
Is habet ſuccū, is ſuauitatē, eum, quouis pacto condias.
Is dare volt, is ſe aliquid poſci. nam vbi de pleno promitur,
Neq; ille ſcit quid det, quid dāni faciat: illi rei ſtudet:
Volt placere ſeſe amicæ, volt mihi, volt pediſequæ,
Volt famulis, volt etiam ancillis, & quoque catulo meo

Sub

Ayuntamiento de Madrid

Subblanditur nouos amator, ſe vt quū videat, gaudeat.
*Quiſquis amat pueros, ferro præcordia duret: Olymp. in Eclo.
Nil properet, diſcátque diu patienter amare:
Prudentéſque animos teneris non ſpernat in annis,
Proferat & fauſtus, ſic olim gaudia ſumet,
Si modò ſollicitos aliquis deus audit amantes.
*Ferrea, crede mihi, non ſum: ſed amare recuſo Ouid.epiſt.
Illum quem fieri vix puto poſſe meum.
*Sit procul omne nefas: vt ameris amabilis eſto. de Art.
*Vt præſtem Pyladen, aliquis mihi præſtet Oreſtem: Mart.epig.
Hoc non fit verbis: Marce vt ameris ama.

MERETRIX.

Bonis eſſe oportet dentibus lenam probam: arridere Plaut. Truc.
Quiſquis veniat, blādéq; alloqui, malè corde cōſultare,
Bene loqui lingua: meretricem eſſe ſimilem ſentis condecet:
Quemquem hominem attigerit, profectò aut malum aut damnum
Dari, nunquā amatoris meretricē oportet cauſſā noſcere,
Quin vbi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum.
Meretrix meum herum miſerum ſua blanditia intulit in Ibidem.
Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore atque amicis:
*Id verò eſt quod ego mihi puto palmarium Ter.Eun.
Me reperiſſe, quomodo adoleſcentulus
Meretricum ingenia & mores poſſet noſcere,
Maturè vt quum cognorit, perpetuò oderit.
Quæ dum foris ſunt, nil videtur mundius,
Nec magis compoſitum quicquam, nec magis elegans.
Quæ cum amatore ſuo quum cœnant, liguriunt:
Harum videre illuuiem, ſordes, inopiam,
Quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi atque auidæ cibi:



Ayuntamiento de Madrid

Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent:
Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis.
Plaut.Aſi. -capitis te perdam ego & filiam,
Perlecebræ, pernicies, adoleſcentum exitium:
Nam mare haud mare eſt, vos mare acerrimum:
Nam in mari repperi, hic elaui bonis.
In Menæch. -Folia nunc cadunt,
Præ vt ſi triduum hîc erimus: tum arbores in te cadent.
Nam ita ſunt hîc meretrices omnes illecebræ argentariæ.
in Sthic. -Ita eſt ingenium muliebre,
Bene cum lauta eſt, terſa, ornata ficta eſt, infecta eſt tamen.
in Moſt. *Amator meretricis mores ſibi emit auro & purpura.
in Truc. *Si iratum ſcortum forte eſt amatori ſuo, bis perit amator ab re atque animo ſimul.
in Aulul. *-Eſca eſt meretrix.
in Menæch. *Meretrix tantiſper blanditur, dum illud quod rapiat videt.
Meretricem pudorẽ gerere magis decet, quàm purpuram.
in Pœnul. *Magis meretricẽ pudorẽ, quàm aurum gerere condecet.
in Trin. *Nimióque ſibi mulier meretrix repperit odium ocyus
Sua immunditia, quàm in perpetuum vt placeat munditia ſua.
Plaut.in Truc. -Meretricem ego item eſſe reor mare vt eſt, quod des deuorat, nec vnquam
Abundat.-

BONA MVLIER.

Publ. Mim. Aut amat, aut odit mulier: nihil eſt tertium.
Clau.in Eutr. Naſcitur ad fructum mulier, prolémque futuram.
Virg.8.AEn. *-Ceu femina primum,
Cui tolerare colo, vitam tenuíque Minerua,
Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes,

Noctem

Ayuntamiento de Madrid

Noctem addens operi, famuláſque ad lumina longo
Exercet penſo, caſtum vt ſeruare cubile
Coniugis, & poſſit paruos educere natos.
*Quæ caſta eſt? de qua mentiri fama veretur. Auſ. Bias.
*Dure vir impoſito teneræ cuſtode puellæ, Ouid. in eleg.
Nil agis, ingenio quæque tuenda ſuo eſt.
Si qua metu dempto caſta eſt, ea denique caſta eſt,
Quæ quia non liceat non facit, illa facit.
Vt iam ſeruaris bene corpus, adultera mens eſt,
Nec cuſtodiri, ni velit, vlla poteſt.
Nec mentem ſeruare potes, licet omnia claudas.
Omnibus excluſis intus adulter erit.
*Mulier rectè olet, vbi nihil olet. Plaut. Moſt.
*Adde quod & partus faciunt breuiora iuuentæ Ouid. amo.
Tempora: continua meſſe ſeneſcit ager.
*Mulieres ſunt ferme, vt pueri, leui ſententia. Ter. Hec.
*Peculì probam nil habere addecet clam viro. Plaut. Cur. in Rud.
*Eo tacent, quod tacita bona eſt mulier ſemper, quàm loquens.
*Vbi facillume ſpectatur mulier, quæ ingenio eſt bono? Plaut. Stich.
PAN. Quoi malè faciundi eſt poteſtas, quæ ne faciat, id temperat.
AN. Haud malè iſthuc, age tu altera vtra ſit conditio penſior,
Virginem an viduam habere? PAN. Quanta mea ſapientia eſt,
E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum.
Qui poteſt mulieres vitare, vitet: vt quotidie
Pridie caueat, ne faciat quod pigeat poſtridie.
AN. Quæ tibi mulier videtur multo ſapientiſſuma?
PAN. Quæ tamen quum res ſecundæ ſunt, ſe poterit noſcere,
Et

Ayuntamiento de Madrid

Et illa quæ æquo animo patietur ſibi eſſe peius, quàm fuit.
Auſ. Bias. *Quæ dos matronis pulcherrima? vita pudica.

MALA MVLIER.

Plaut. Truc. *Male quod mulier facere incepit, niſi id efficere perpetrat,
Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſeræ miſeria eſt.
Si bene facere incœpit, eius eam citò odium percipit:
Nimis quàm paucæ ſunt defeſſæ, malè quæ facere occœperint.
Nimiſquam paucæ efficiũt, ſiquid occeperint benefacere.
Mulieri nimio malefacere melius eſt onus, quàm bene.
in Aul. *Nec mutam profectò repertam vllam eſſe
Hodie dicunt mulierem vllo in ſæculo.
in Menæch. *Pulchra mulier nuda erit quàm purpurata pulchrior:
Poſtea nequidquã exornata eſt bene, ſi morata eſt malè.
in Pœnul. *Apage ſis, negotij quantum in muliere vna eſt!
Si vero duæ, ſat ſcio, maximo vni
Populo quoi lubet, plus ſatis dare potis ſunt.
Quæ noctes dieſque omni in ætate ſemper
Ornantur, lauantur, terguntur, poliuntur:
Poſtremò modus muliebris nullus eſt:
Neque vnquam lauando & fricando ſcimus
Facere. *-
Ter.Eun. *-Noui ingenium mulierum,
Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro.
Plaut.Mil. *Si quid faciendum eſt mulieri malè atque malitioſe,
Ea ſibi immortalis memoria eſt meminiſſe, & ſempiterna.
Iuuen.6. *Nulla ferè cauſſa eſt, in qua non femina litem
Mouerit: accuſat Manilia, ſi rea non eſt.
Ouid. epiſt.12. *Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis.

*Cenſen'

Ayuntamiento de Madrid

*Cenſen' te poſſe reperire vllam mulierem, Teren.Hec.
Quæ careat culpa?
-Noſti mores mulierum, in Heaut.
Dum moliuntur, dum comantur annus eſt.
*Sic ruit in celebres cultiſsima fœmina ludos. Ouid.1. de Arte
*Sed neque fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt, 2. de Arte
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes,
Femina quàm ſocij deprenſa pellice lecti.
Ardet, & in vultu pignora mentis habet.
*In mala vxore, atque inimico ſi quid ſumatur, ſumptus eſt. Plaut.Mil.
*Multa ſunt mulierum vitia: ſed hoc e multis maximum eſt, in Pœnul.
Cùm ſibi nimis placent, minúsque operam dant, vt placeant viris.
-Nil non permittit mulier ſibi: turpe putat nil, Iuuen.6.
Cùm virides gemmas collo circundedit, & cùm
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.
Intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina diues.
*Virgo atque mulier nulla erit quin ſit mala, Plaut.Pœn.
Quæ reticet ſi quid fieri peruorſe videt.
*Sed dux malorum fœmina & ſcelerum artifex Senec.Hipp.
Obſedit animos, cuius inceſtæ ſtupris
Fumant tot vrbes, bella tot gentes gerunt.
*Mulier ſæuiſsima tunc eſt, Iuuen.10.
Cùm ſtimulos odio pudor admonet.
*Quid peius muliere atque audacius? Plaut.Mil.
*-iſtoc illecebroſius in Bacch.
Fieri nihil poteſt: nox mulier vinũ homini adoleſcẽtulo
*Miſerius nihil eſt, quàm mulier. Ibidem.
*Viſcus meus veſtra eſt blanditia. Ibidem.
*Quo non ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter, Ouid. Arte

Quóque

Ayuntamiento de Madrid

*Quóque volunt plorant tempore, quóque modo.*
Tibul..34. **Ah crudele genus, nec ſidum femina nomen:*
*Ah, pereat didicit fallere ſi qua virum.*
Iuuen.6. **-Nil eſt audacius illis*
*Deprenſis: iram, atque animos à crimine ſumunt.*
Sen. Hipp. **Regeramus ipſæ crimen, atque vltro impiam*
*Venerem arguamus, ſcelere velandum eſt ſcelus:*
*Tutiſſimum eſt inferre, cùm timeas, gradum.*
Ibidem. **Quid ſinat inauſum feminæ præceps furor?*
*Nefanda iuueni crimina inſonti parat.*
*In ſcelere quærit crine lacerato fidem,*
*Decus omne turbat capitis, humectat genas,*
*Inſtruitur omnis arte feminea dolus.*
Ouid.3. Art. **Femina canitiem germanis inficit herbis:*
*Et melior vero quæritur arte color.*
*Femina procedit denſiſſima crinibus emptis:*
*Próque ſuis alios efficit ære ſuos.*
Prop.2.9. **Sed vobis facile eſt verba, & componere fraudes,*
*Hoc vnum didicit femina ſemper opus.*
*Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,*
*Nec folia hiberno tam tremefacta Noto,*
*Quàm citò feminea non conſtat fœdus in ira,*
*Siue ea cauſſa grauis, ſiue ea cauſſa leuis.*
Ouid.lib.2. **Verba puellarum folijs leuiora caducis,*
*Irritáque, vt viſum eſt, ventus & vnda ferunt.*
Prop.2.25. **-Nulla diu femina pondus habet.*
Virg.4.Aeneid. *-*Varium, & mutabile ſemper*
*Femina.--*
Plaut. Pœnul. *Negotij ſibi qui volet vim parare,*
*Nauem & mulierem, hæc duo comparato.*
*Nam nullæ magis res duæ plus negotij*
*Habent, fortè ſi occœperis exornare:*

Neque

*Neque vnquam ſatis hæ duæ res ornantur,*
*Neque eis vlla ornandi ſatis ſatietas eſt.*
**Malo in conſilio feminæ vincunt viros.* Publ.Mim.
**Néue puellarum lachrymis moueare caueto:* Ouid.2.Remed.
*Vt flerent oculos erudiere ſuos.*

MVLIER DOTATA.

**Argentum accepi, dote imperium vendidi.* Plaut.Aſin.
**Quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri:* in Aulul.
*Dotatæ mactant & malo & damno viros.*
**Dum modò morata rectè veniat, dotata eſt ſatis.* Ibidem.

DE MVNDITIA ET ELEGANTIA ciuilitateq; morum.

**Munditiæ placeant, fuſcentur corpora campo.* Ouid.1.Art.
*Sit bene conueniens, & ſine labe toga.*
*Linguáque nec rigeat; careant rubigine dentes:*
*Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.*
*Nec malè deformet rigidos tonſura capillos:*
*Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.*
*Et nihil emineant, & ſint ſine ſordibus vngues:*
*Inque caua nullus ſtet tibi nare pilus.*
*Nec malè odorati ſit triſtis anhelitus oris:*
*Nec lædat nares virque paterque gregis.*
**Sint modici rictus; ſint paruæ vtrinque lacunæ:* 3.Art.
*Et ſummos dentes ima labella tegant.*
*Nec ſua perpetuo contendant ilia riſu;*
*Sed leue neſcio quid, femineúmque ſonent.*
**Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris,* Ibidem.
*Allicit ignotos illa, fugátque viros.*
**Carpe cibos digitis: eſt quidam geſtus edendi,* Ibidem.
*Ora nec immunda tota perunge manu.*
*Néue domi præſume dapes: ſed deſine citra*
*Quàm cupias, paulò quàm potes eſſe minus.* 3.initio.3.

Nec

Ayuntamiento de Madrid

Nec coram miſtas ceruæ ſumſiſſe medullas,
Nec coram dentes perfricuiſſe probem.
Iſta dabunt faciem, ſed erunt deformia viſu:
Multáque dum fiunt turpia, facta placent.
2.Arte. Certa tibi à nobis dabitur menſura bibendi:
Officium præſtent ménſque pedéſque ſuum.
Iurgia præcipuè vino ſtimulata caueto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit Eurytion ſtultè data vina bibendo:
Aptior eſt dulci menſa, merúmque ioco.
Art. *Parua monere pudet: talorum dicere iactus
Vt ſciat: & vires teſſera miſſa tuas.
Ibidem. Sed minimus labor eſt ſapienter iactibus vti:
Maius opus mores compoſuiſſe ſuos.
Tunc ſumus incauti, ſtudióque aperimur ab ipſo,
Nudáque per luſus pectora noſtra patent.
Ira ſubit deforme malum, lucríque cupido,
Iurgiáque, & rixæ ſollicitúſque dolor.
Crimina dicuntur, reſonat clamoribus æther,
Inuocat iratos & ſibi quiſque deos.
Ibid. *Pertinet ad faciem rapidos compeſcere mores:
PAX, IRA. Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira; nigreſcunt ſanguine venæ;
Lumina Gorgonio ſæuius angue micant.
FASTVS. Odimus immodicos (experto credite) faſtus,
Sæpe tacens odij ſemina vultus habet.
Spectantem ſpecta: ridenti mollia ride.
Innuet: acceptas tu quoque redde notas.
paulò ante. *Rara tamen menda facies caret: occule mendas,
Quódque potes vitium corporis abde tui.
Plaut. Pœnu. *Liberos homines per vrbem modico magis par eſt gradu

Ire:

*Ire: ſeruile eſſe duco feſtinantem currere.*
**Riſu inepto res ineptior nulla eſt.* Cat.Ep.37.

SAPIENTIA.

*-Plurima felix* Iuuen.13.
*Paulatim vitia, atque errores exuit omnes*
*Prima docens rectum ſapientia.*
**Si quam rem accures ſobriè, aut frugaliter,* Plaut.Perſa.
*Solet illa rectè ſub manus ſuccedere.*
*Atque ædepol firmè, vt quiſque rem accurat ſuam,*
*Sic ei procedit: poſt principia denique*
*Si malus aut nequam eſt, malè res vortunt quas agit:*
*Sin autem frugi eſt, eueniunt frugaliter.*
**Nemo ſolus ſatis ſapit.* in Mil.
**Sapiens quidē pol ipſe fingit fortunā ſibi. (ſis flectere.* in Trin.
**Iſtuc eſt ſapere, qui, vbicunque opus ſit, animum poſ-* Ter.Hec.
**Sapientiæ ætas condimentū eſt, ſapiens ætati cibus eſt.* Plaut.Trin.
**Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapientia.* Ibidem.
**Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt* Ter.Adelp.
*Videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt Proſpicere.*
**Sunt etenim pennæ volucreis mihi,* Boeth.4.1.
*Quæ celſa conſcendant poli:*
*Quas ſibi quum velox mens induit,*
*Terras peroſa deſpicit.*
**Proximos illi tamen occupauit* Horat.1.Car.12.
*Pallas honores.*
**Sapientia prima* 1.Epi.1.
*Stultitia caruiſſe.*
**Magna quidem, ſacris quæ dat præcepta libellis,* Iuuen.13.
*Victrix fortunæ ſapientia.*
**Deus ipſe fuit, deus, inclyte Memmi,* Lucret.5.
*Qui princeps vitæ rationem inuēnit eam, quæ*
*Nunc appellatur ſapientia, quíque per artem*

Fluctibus e tantis vitam, tantíſque tenebris,
In tam tranquillo, & tam clara luce locauit.
Confer enim diuina aliorum antiqua reperta.
Namque Ceres fertur fruges, Libérque liquoris
Vitigeni laticem mortalibus inſtituiſſe:
Cùm tamen his poſſit ſine rebus vita manere:
Vt fama eſt aliquas etiam nunc viuere gentes.
At bene non poterat ſine puro pectore viui.
Quo magis hîc meritò nobis deus eſſe videtur:
Ex quo nunc etiam per magnas didita genteis
Dulcia permulcent animos ſolatia vitæ.
Herculis antiſtare autem ſi facta putabis;
Longiùs à vera multo ratione ferere.
Iuuen.14. *Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.

SAPIENS.

Senec.Hip. *Res eſt forma fugax: quis ſapiens bono
Confidat fragili? dum licet vtere.
Ter.Phor. *Dictum ſapienti ſat eſt.
in Eunuc. Omnia prius experiri conſilio, quàm armis, ſapientem decet.
Plaut.Trin. *Sapiens ætati cibus eſt.

SAPERE.

Ter.Hec. *Iſtuc eſt ſapere, qui, vbicunque opus ſit, animum poſſis flectere.
Plaut.Bacch. *Frugi conuenit eſſe hominem, pectus cui ſapit.
Ter.Adelph. *¿O Demea
Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt
Videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt,
Proſpicere.-
Plaut.Bacch. *Eia Lyde, leniter qui ſæuiunt, ſapiunt magis.
in Merc. *At nemo ſolus ſapit: nam ego multos ſæpe vidi
Regionem fugere conſilij, prius quàm repertam habere.

Qui

Ayuntamiento de Madrid

*Qui quærit alta, is malum videtur ſapere. in Milit.

SAPERE ALIENO PERICVLO. in prol. Pſeud.

*Bonum eſt fugienda adſpicere alieno in malo. Publ. Mim.
*-Ex alijs Ter. Heaut.
Periculum facito, tibi quod ex vſu ſiet.
*Feliciter ſapit qui alieno periculo ſapit. Plautus.
*Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum. Publ. Mim.
*Vos ego nunc moneo. felix, quicunque dolore Tib. 3. 6.
Alterius diſces poſſe carere tuo.

NOSCE TE IPSVM.

*E cælo deſcendit, γνῶθι σεαυτόν, Iuuen. 11.
Figendum, & memori tractandum pectore, ſiue
Coniugium quæras, vel ſacri in parte ſenatus
Eſſe velis.-
*In foro vix decumus quiſque eſt, qui ipſus ſeſe nouerit. Plaut. Pſeud.
*Metiri ſe quenque ſuo modulo, ac pede verum eſt. Hor. 1. Ep. 7.
*Tecum habita, vt noris, quàm ſit tibi curta ſupellex. Perſ. 4.

STVLTITIA.

*Miſce ſtultitiam conſilijs breuem: Hor. 4. Car. 12.
Dulce eſt deſipere in loco.
*Stultus vterque locum immeritum cauſſatur iniquè. 1. epiſt. 14.
*Stultorum incurata pudor malus vlcera celat. 1. epiſt. 16.
*Bene vbi quid conſilium diſcimus accidiſſe, hominem catum Plaut. Pſeud.
Eũ eſſe declaramus: ſtultũ autem illũ, quoi vertit malè.
*Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt. Idem 1. Ser. 2.
*Quid ſtulti proprium? non poſſe, & velle nocere. Auſ. Bias.

IVS.

Iura inuenta metu iniuſti fateare neceſſe eſt: Hor. 1. Ser. 3.
Tempora ſi, faſtóſque velis euoluere mundi.
*-Verum illud Chreme Ter. Heaut.
Dicunt, ius ſummum ſæpe ſumma malitia eſt.



Ayuntamiento de Madrid

Ouid. Triſt. 5. *Non metuunt leges: ſed cedit viribus æquum:
Victáque pugnaci iura ſub enſe iacent.
Sen. H. fu. *Proſperum ac felix ſcelus,
Virtus vocatur: ſontibus parent boni.
Ius eſt in armis: opprimit leges timor.
Lucan. 1. *Imminet armorum rabies, ferríque poteſtas
Confundet ius omne manu, ſcelerique nefando
Nomen erit virtus, multóſque exibit in annos.

IVSTITIA.

Claud. de conſu. Manilij. Theod. -*Tu prima hominem ſilueſtribus antris
Elicis, & fœdo detergis ſæcula victu.
Te propter colimus leges, animóſque ferarum
Exuimus: nitidis quiſquis te ſenſibus hauſit;
Irruet intrepidus flammis, hiberna ſecabit
Aequora, conſertos hoſtes ſuperabit inermis:
Ille vel Aethiopum pluuijs ſolabitur æſtus:
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aër.
Ouid. 1. Met. *Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes
Vltima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.
Iuuen. 6. *Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit,
Hac comite, atque duæ pariter fugêre ſorores.
Senec. Octa. *Neglecta terras fugit & mores feros,
Hominum cruenta cæde pollutas manus
Aſtræa virgo, ſiderum magnum decus.
Ouid. 3. Pont. *Principe nec noſtro deus eſt moderatior vllus:
Iuſtitia vires temperat ille ſuas.
Claud. in laud. Stil. 2. *Iuſtitia vtilibus rectum præponere ſuadet,
Communéſque ſequi leges, iniuſtáque nunquam
Largiri socijs.

IVSTVS.

Sen. Octa. *Iuſtum eſſe facile eſt, cui vacat pectus metu.
Hor. 3. Car. 3. *Iuſtum, & tenacem propoſiti virum,

Non

Ayuntamiento de Madrid

*Non ciuium ardor praua iubentium,*
*Non vultus inſtantis tyranni*
*Mente quatit ſolida: neque Auſter*
*Dux inquieti turbidus Hadriæ,*
*Nec fulminantis magna Iouis manus.*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impauidum ferient ruinæ.*
**Iniuſta à iuſtis impetrare non decet.* Plaut. Amph.
*Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt:*
*Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent.*

VIS.

**Nec ſolis viribus æquum* Valer. 4.
*Credere, ſæpe acri potior prudentia dextra.*
**Vis conſili expers mole ruit ſua:* Hor. 3. Car. 4.
*Vim temperatam dij quoque prouehunt*
*In maius: ijdem odere vires*
*Omnes nefas animo mouentes.*
**Sed cedit viribus æquum,* Ouid. 5. Triſt.
*Victáque pugnaci iura ſub enſe iacent.*

TYRANNVS.

**Multis terribilis, caueto multos.* Auſ. Periander.
**Quem metuit, timet, & quiſque perire cupit.* Ouidius.
**Ad generum Cereris ſine cæde, & vulnere pauci* Iuuen. 10.
*Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.*
**Hoc volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas.* Idem 6.
**Multos timere debet, quem multi timent.* Publ. Mim.
*Malè imperando ſummum imperium amittitur.*
**Qui terret, plus ipſe timet; ſors iſta tyrannis* Claud. 4. conſ. Honor.
*Conuenit, inuideant claris, fortéſque trucident,*
*Muniti gladijs viuant, ſeptíque venenis*
*Ancipites habeant arces, trepidíque minentur.*
**Vidi cruentos carcere includi duces,* Senec. Her.

*Et impotentis terga plebeia manu*
*Scindi Tyranni.-*

REX.

in Thyeſt.2. **Rex velit honeſta, nemo non eadem volet.*
in Oedip.3. **Dubia pro certis ſolent*
*Timere reges.-*
Ibidem. **Qui ſceptra duro ſæuus imperio regit,*
*Timet timentes: metus in auctorem redit.*
in Troad.2. **Eſt regis alti ſpiritum regi dare.*
Ibidem. **Præferre patriam liberis regem decet.*
Claud.laud. Stil.3. **Fallitur, egregio quiſquis ſub Principe credit*
*Seruitium: nunquam libertas gratior exſtat,*
*Quàm ſub rege pio.*
Senec. Med.3. **Grauis ira regum eſt ſemper.-*
in Agam. 1. **Vt præcipites regum caſus*
*Fortuna rotat! metui cupiunt,*
*Metuíque timent.-*
Ouid.in Epiſt. **An neſcis longas regibus eſſe manus?*
Lucan.8. **Sidera terra*
*Vt diſtant, & flamma mari, ſic vtile recto.*
*Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere iuſta*
*Incipit, euertítque acies reſpectus honeſti.*
Senec.Med.2. **Hoc reges habent*
*Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies,*
*Prodeſſe miſeris, ſupplices fido lare*
*Protegere. -*
Hor.1. Ep. 1. **At pueri ludentes, rex eris, aiunt,*
*Si rectè facies.-*
Auſ. Monoſ. **Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit rex.*
Claud.4.conſ. Honor. **-Tunc omnia iure tenebis,*
*Cùm poteris rex eſſe tui.-*
Sen. Thyeſt.1. **Rex eſt, qui poſuit metum.*

Et

Ayuntamiento de Madrid

Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam ſtabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet.
Qui tuto poſitus loco
Infra ſe videt omnia,
Occurrítque ſuo libens
Fato, nec queritur mori.
*-Componitur orbis — Claud.4.Conſ. Hon.
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.
*Victima haud vlla amplior — Sen.Her.fur.4.
Poteſt, magíſque opima mactari Ioui,
Quàm rex iniquus.-
*Regum timendorum in proprios greges, — Hor.3.Car.1.
Reges in ipſos imperium eſt Iouis
Clari.-
*Verùm iuſta, qui reges timet, — Senec.Hip.2.
Deponat, omne pellat ex animo decus.
Malus eſt miniſter regij imperij pudor.

## REGNVM.

*O regnorum magnis fallax — Senec. Agam.
Fortuna bonis, in præcipiti
Dubióque nimis excelſa locas.
Nunquam placidam ſceptra quietem,
Certúmue ſui tenuere diem.
*-Vbi non eſt pudor, — in Thyeſt.
Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides;
Inſtabile regnum eſt.-
*Qui vult amari, languida regnet manu: — in Theb.
Inuiſa nunquam imperia retinentur diu.



Ayuntamiento de Madrid

Ibidem. *Regnare non vult, eſſe qui inuiſus timet.
Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,
Odium atque regnum.
in Oedip. *Odia qui nimium timet,
Regnare neſcit: regna cuſtodit metus.
Lucan. *Libertas ſcelerum eſt, quæ regna inuiſa tuetur.
Senec. Thyeſt. *Non capit regnum duos.
in Troad. *Quicunque regno fidit, & magna potens
Dominatur aula, nec leues metuit deos,
Animúmque rebus credulum lætis dedit;
Me videat, & te Troia: non vnquam tulit
Documenta Fors maiora, quàm fragili loco
Starent ſuperbi: columen euerſum occidit
Pollentis Aſiæ, cælitum egregius labor.
in Oedip. *Quiſquámne regno gaudet? ô fallax bonum
Quantum malorum fronte quàm blanda tegis!
in Theb. *Regna cum ſcelere, omnibus
Sunt exilijs grauiora.
in Herc. fur. *Ars prima regni eſt, poſſe te inuidiam pati.
Ibidem. *Alieno in loco
Haud ſtabile regnum eſt.
in Thyeſt. *Omne ſub regno grauiore regnum eſt.
Ibidem. *Vt nemo doceat fraudis & ſceleris viam,
Regnum docebit.
in Agam. *Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt.
Lucan. *Nulla fides regni ſocijs: omníſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.–
Ouid. 3. Art. *Non bene cum ſocijs regna Venúſque manent.
Stat. 1. Theb. –*Sociiſque comes diſcordia regnis.

IMPERIVM.

Plaut. Milit. *Facile eſt imperium in bonis.
Hor. 3. Car. 4. *Qui terram inertem, qui mare temperat

Ven-

Ayuntamiento de Madrid

*Ventoſum, & vrbes, regnáque triſtia,*
*Diuóſque, mortaléſque turmas*
*Imperio regit vnus æquo.*
**Nec abnuendum, ſi dat imperium Deus,* Senec. Thyeſt.
*Nec appetendum.*
**Violenta nemo imperia continuit diu.* in Troad.
**Aequum atque iniquum regis imperium feras.* in Med.
**Malus eſt miniſter regij imperij pudór.* in Hipp.
**Nimium ipſe durus eſt præter æquumque, & bonum:* Ter. Adel.
*Et errat longè, mea quidem ſententia,*
*Qui imperium credat grauius eſſe, aut ſtabilius,*
*Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.*

### POENA.

**Adſit* Hor. 1. Sat. 3.
*Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:*
*Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.*
**Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum eſt:* Ouid. epiſt.
*Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.*
**Qui fruitur pœna ferus eſt, legúmque videtur* Claudian.
*Vindictam præſtare, ſibi cùm viſcera felle*
*Canduerint.-*
**Si pœna petitur, quæ pati grauior poteſt?* Sen. in Troad. 3
*Famulare collo nobili ſubeat iugum:*
*Seruire liceat.*
**Eſtque pati pœnam, quàm meruiſſe, minus.* Ouid. 1. de Pon.
**Rarò antecedentem ſceleſtum* Hor. 3. Carm. 2.
*Deſeruit pede pœna claudo.*
**Pœna autem vehemens, ac multo ſæuior illis,* Iuuen. 13.
*Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamanthus,*
*Nocte, diéque ſuum geſtare in pectore teſtem.*
**Ah miſer, & ſi quis primò periuria celat:* Tib. 9.
*Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.*



Ayuntamiento de Madrid

Sat.5.Theb. *Mouit & cæleſtia quondam
Corda dolor, lentóque irrepunt agmine pœnæ.

## MORES, CONSVETVDO.

Plaut.Trinum. *Nunc mores nihil faciunt quod licet, niſi quod lubet.
Ambitio iam more ſancta eſt, libera eſt à legibus.
Scuta iacere, fugeréque hoſteis more habent licentiam.
Petere honorem pro flagitio, more fit.
Ibidem. *Mores leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam
Magis queis ſunt obnoxioſi, quàm parentes liberis:
Eæ miſeræ etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis,
Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.
Ibidem. *Neque iſtis quicquã lege ſanctũ eſt: leges mori ſeruiũt,
Mores autem rapere properant, qua ſacrũ, qua publicũ.
Ter.Phor. *-Verum ita eſt,
Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuique mos.
Senec.Agam.2. *Sera nunquam eſt ad bonos mores via:
Quem pœnitet peccaſſe, pœnæ eſt innocens.
Plaut. Trin. *Mores mali quaſi herba irrigua, ſuccreuerũt vberrimè
Neque quicquam hîc vile nunc eſt, niſi mores mali:
Eorum licet iam meſſem metere maximam.
In Pœnul. *Pulchrum ornatum turpes mores peiùs cœno collinunt.
Lepidi mores turpem ornatum facilè factis comprobãt.
Ouid.3.Art. *Sed minimus labor eſt, ſapienter iactibus vti:
Maius opus mores compoſuiſſe ſuos.
Virg.2.Georg. *Adeò in teneris conſueſcere multum eſt.
Publ. Mim. *Grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis.
Ouid.2.Art. *Fac tibi conſueſcat, nihil aſſuetudine maius.
Ibidem. Quod male fers, adſueſce: feres bene. multa vetuſtas
Lenit.-

## PATRIA.

Ouid.1.Faſt. *Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor;
Et volucri, vacuo quidquid in orbe patet.



Ayuntamiento de Madrid

*Eſt aliquid patrijs vicinum finibus eſſe. 2.de Pont.
*Omne homini natale ſolum. Stat.lib.8.
*Dulce, & decorum eſt pro patria mori. Hor.3.Car.2.
*Præferre patriam liberis regem decet. Senec.Troad.
*Non dubia eſt Ithaci prudentia: ſed tamen optat Ouid.1.Pont.4
Fumum de patrijs poſſe videre focis.
Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.
Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa barbarus vrbe fugit.
Cùm bene ſint clauſæ cauea Pandione natæ,
Nititur in ſyluas quæque redire ſuas.
Adſuetos tauri ſaltus, adſueta leones
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.

NATALES.

*Fortes creantur fortibus: & bonis Hor.4.Car.4.
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed vim promouet inſitam,
Rectíque cultus pectora roborant:
Vtcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.

VERA NOBILITAS.

*Stemmata quid faciunt, quid prodeſt, Pontice, longo Iuuen.8.
Sanguine cenſeri, pictóſque oſtendere vultus
Maiorum, & ſtantes in curribus Aemilianos,
Et Curios iam dimidios, naſúmque minorem
Coruini, & Galbam auriculis naſóque carentem?
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros,
Si coram Lepidis male viuitur? effigies quo

Tot

Ayuntamiento de Madrid

Tot bellatorum, ſi luditur alea pernox? &c.
Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus.
Lucan. ad Piſ. *Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroſo conſule faſti
Profuerint, cui vita labat? perit omnis in illo
Nobilitas, cuius laus eſt in origine ſola.
Ouid. ep. 11. *Quid iuuat admotam per auorum nomina cælo,
Inter cognatos poſſe referre Iouem?
Iuuen. 8. -*Quis enim generoſum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantùm
Inſignis? -
Auſ. Solon. *Pulchrius multò parari, quàm creari nobilem.
Plaut. Mil. *Qui bono ſunt genere, nati ingenio malo,
Suapte culpa de genere capiunt genus:
Ingenium improbant.
Boeth. 3. 6. *Quid genus, & proauos ſtrepitis?
Si primordia veſtra,
Auctorémque Deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Ni vitijs peiora fouens
Proprium deſerat ortum.
Iuuen. 8. *Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Aeacidæ ſimilis, Volcaniáque arma capeſſas,
Quam te Therſitæ ſimilem producat Achilles.
Ibidem. -*Miſerum eſt, aliorum incumbere famæ.
uid. 1. Pont. 10 *Si modò non cenſus, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniúmque facit.
laud. 4. Ho-r. conſ. *Virtute decet, non ſanguine niti.
Ouid. 13. Met. *Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco. -

STVL-

Ayuntamiento de Madrid

## STVLTVM VVLGI IVDICIVM, ET QVAE SVNT A DIIS PETENDA.

*Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus vſque *Iuuen. 10.*
*Auroram, & Gangem, pauci dignoſcere poſſunt*
*Vera bona, atque illis multum diuerſa, remota*
*Erroris nebula. quid enim ratione timemus,*
*Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, vt te*
*Conatus non pœniteat, votíque peracti?*
*Euertêre domos totas optantibus ipſis*
*Dij faciles. nocitura toga, nocitura petuntur*
*Militia, & torrens dicendi copia multis,*
*Et ſua mortifera eſt facundia. viribus ille*
*Confiſus perijt, admirandíſque lacertis.*
*Sed plures nimia congeſta pecunia cura*
*Strangulat, & cuncta exſuperans patrimonia cenſus,*
*Quanto delphinis balæna Britannica maior.*
*Nil ergo optabunt homines? ſi conſilium vis, *Ibidem.*
*Permittes ipſis expendere numinibus, quid*
*Conueniat nobis, rebúſque ſit vtile noſtris.*
*Nam pro iucundis aptiſſima quæque dabunt dij:*
*Charior eſt illis homo, quàm ſibi. nos animorum*
*Impulſu, & cæca, magnáque cupidine ducti*
*Coniugium petimus, partúmque vxoris: at illis*
*Notum, qui pueri, qualíſque futura ſit vxor.*
*Vt tamen & poſcas aliquid, voueáſque ſacellis*
*Exta, & candiduli diuina tomacula porci:*
*Orandum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano.*
*Fortem poſce animum, & mortis terrore carentem:*
*Qui ſpatium vitæ extremum inter munera ponat,*
*Naturæ, qui ferre queat quoſcunque labores,*
*Neſciat iraſci, cupiat nihil, & potiores*

Herculis

Ayuntamiento de Madrid

Herculis ærumnas credat, ſæuóſque labores
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.
Monſtro, quod ipſe tibi poſſis dare. ſemita certè
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.
Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia.-

DEVS, ET DEORVM POTESTAS.

Ouid.1.Art. Expedit eſſe deos: &, vt expedit, eſſe putemus:
Dentur in antiquos tura, merúmque focos.
Nec ſecura quies illos ſimilisque ſopori
Detinet, innocui viuite: numen adeſt.
Reddite depoſitum: pietas ſua fœdera ſeruet:
Fraus abſit, vacuas cædis habete manus.
13.Met. *Adſpiciunt oculis Superi mortalia iuſtis.
1.Art. *Flectitur iratus voce rogante Deus.
2.Faſt. -Dij pia facta vident.
Plaut. Cap. *Eſt profectò Deus, qui quæ nos gerimus, audítque & videt.
Mart.in Epiſt. *Deus eſt, qui non mutatur in æuo.
Stat. Theb. *Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo
Forma Dei: mentes habitare & pectora gaudet.
Sen.Herc.fur. *Sequitur ſuperbos victor à tergo Deus.
in Thyeſt. Res Deus noſtras celeri citatus
Turbine verſat.
Mart.2 epig. *Ipſe iubet mortis te meminiſſe Deus.
Silius 4. *Heu, primæ ſcelerum cauſſæ mortalibus ægris,
Naturam neſcire Deum.-
Ouid.1. Pont. *Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris,
Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.
Sen. Herc.fur. *Votum ſecundet, qui poteſt, noſtrum Deus,
Rebúſque laſſis adſit.-
Ouid.8. Met. *Immenſa eſt, finémque potentia cæli

Non

Ayuntamiento de Madrid

*Non habet: & quicquid ſuperi voluere, peractum eſt.*
**Hanc Deus, & melior litem natura diremit.* 1.Metam.
*Nam cælo terras, & terris abſcidit vndas:*
*Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab æthere cælum.*
**Qui terram inertem, qui mare temperat* Hor.3.Car.4.
*Ventoſum, & vrbes, regnáque triſtia,*
*Diuoſque, mortaléſque turmas*
*Imperio regit vnus æquo.*
**O magna parens natura deûm* Senec.Hip.
*Túque igniferi rector olympi,*
*Qui ſparſa cito ſidera mundo,*
*Curſúſque vagos rapis aſtrorum,*
*Celeríque polos ordine verſas,*
*Cur tibi tanta eſt cura perennes*
*Agitare vias ætheris alti?*
*Vt nunc canæ frigora brumæ*
*Nudent ſyluas: nunc arbuſtis*
*Redeant vmbræ: nunc æſtiui*
*Colla Leonis Cererem magno*
*Feruore coquant, viréſque ſuas*
*Temperet annus?*–
**Principio cælum, ac terram, campóſque liquentes,* Virg.6.AEn.
*Lucentémque globum lunæ, Titaniáque aſtra*
*Spiritus intus alit, totámque infuſa per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*
*Inde hominum pecudúmque genus, vitæque volãtum,*
*Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.*
*Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo, &c.*
**Haud ſic magni conditor orbis.* Boeth.5.2.
*Huic ex alto cuncta tuenti*
*Nulla terræ moles reſiſtunt:*
*Non nox atris nubibus obſtat:*
*Vno mentis cernit in ictu*

Ayuntamiento de Madrid

Quæ ſint, quæ fuerint, veniántque.
Quem, quia reſpicit omnia ſolus,
Verum poßis dicere ſolem.
Statius. –*Vidit, qui cuncta ſuorum
Nouit, & inſpectis ambit latus omne miniſtris.
Nec mirum, videt ille ortus obitúſque, quid Arctos,
Quid Boreas hibernus agat, ferrique togæque
Conſilia, atque ipſam mentem probat.–
Plaut.Rud. *Quotidie ille ſcit, quis hîc quærat malum.
Qui hîc litem apiſci poſtulant periurio,
Mali res falſas qui impetrant apud iudicem,
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat:
Maiore mulcta mulctat, quam litem auferunt.
Bonos in alijs tabulis exſcriptos habet.
Lucan.9. *Eſtque Dei ſedes, vbi terra & pontus, & aër,
Et cælum, & virtus. Superos quid quærimus vltra?
Iuppiter eſt, quodcunque vides, quodcunque moueris.
Ouid.4.Triſt. *Nil adeò validum eſt, adamas licet alliget illud,
Vt maneat rapido firmius igne Iouis.
Nil ita ſublime eſt, ſupráque pericula tendit,
Non ſit vt inferius ſuppoſitúmque Deo.
1.Metam. –*Et quid Ioue maius habetur?
10.Metam. *Cedunt Iouis omnia regno.
5.Triſt. *Plus valet humanis viribus ira Dei.

## Quibus rebus colendi Superi.

Perſ. 2. *Dicite Pontifices, in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatæ à virgine puppæ.
Quin damus id Superis, de magna quod dare lance
Non poßit magni Meſſallæ lippa propago:
Compoſitum ius, fáſque animi, ſanctóſque receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto.
Hoc cedò, vt admoueam templis, & farre litabo.

Non

Ayuntamiento de Madrid

*Non boue mactato cæleſtia numina gaudent; Ouid.epiſt.19.
Sed, quæ præſtanda eſt & ſine teſte, fide.

Deum eſſe qui cuncta regat, indicant creaturæ, & cur bene ſit impijs.

*Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem, Claud.1.lib.
Curarent ſuperi terras, an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.
Nam cùm diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi,
Præſcriptóſque maris fines, annique meatus,
Et lucis noctíſque vices; tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moueri
Sidera, qui fruges diuerſo tempore naſci,
Qui variam Phœben alieno iuſſerit igne
Compleri, ſolémque ſuo; porrexerit vndis
Littora, tellurem medio librauerit axe.
Sed quum res hominum tanta caligine volui
Aſpicerem, lætóſque diu florere nocentes,
Vexaríque pios; rurſus labefacta cadebat
Religio, cauſſæque viam non ſponte ſequebar
Alterius, vacuo qui currere ſemina motu
Affirmat, magnúmque nouas per inane figuras
Fortuna non arte regi, quæ numina ſenſu
Ambiguo vel nulla putat, vel neſcia noſtri.
Abſtulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum,
Abſoluítque deos. iam non ad culmina rerum
Iniuſtos creuiſſe queror; tolluntur in altum,
Vt lapſu grauiore ruant.-

LETHVM.

*Viue memor lethi: fugit hora.- Perſ.5.
*Certè equidem finis vitæ mortalibus adſtat, Lucr.3.
Nec deuitari lethum pote quin obeamus.
*Et calcanda ſemel via lethi. Hor.1.Car.28.



Ayuntamiento de Madrid

Hor.1.Car.28. *Miſta ſenum, ac iuuenum denſentur funera. nullum
Ibidem. Sæua caput Proſerpina fugit.
Cor. Gal. 6. *Omnibus eſt eadem lethi via: non tamen vnus
Eſt vitæ cunctis, exitiíque modus.
Hor.2.Serm.6. *-Neque vlla eſt
Aut magno, aut paruo lethi fuga.-
Ouid.1.Triſt. *Non lethum timeo, genus ac miſerabile lethi,
Demite, naufragium; mors mihi munus erit.
Sil. Italicus. *Soluitur omne decus letho, niueóſque per artus
It Stygius color, & formæ populatur honores.

## FATVM.

Senec. Hip. *Quem fata cogunt, hic quidem viuat miſer.
in Oedip. *Labimur ſæuo rapiente fato.
Lucan.2. *Sed quò fata trahunt, virtus ſecura ſequetur.
Tib.1.7. *Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non vllo diſſoluënda deo.
Virg.5.Aen. *Nate dea, quò fata trahunt, retrahúntque, ſequamur;
Quidquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.
Idem 10. Aen. *Stat ſua cuique dies: breue, & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitæ: ſed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.-
Ibidem. *Neſcia mens hominum fati, ſortíſque futuræ,
Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.
Iuuen.9. *Fata regunt homines: fatum eſt in partibus illis,
Quas ſinus abſcondit.-
Plaut.Bacch. *Inſtabilis eſt ſors rerũ: pro libidine fata agũt homines.
Ouid.10.Met. *Omnia debentur vobis, paulúmque morati,
*Loquitur Diti & Proſerpinæ. Seriùs aut citius ſedem properamus ad vnam.
Tendimus huc omnes, hæc eſt domus vltima.-
Manil.4. *Fata regunt orbem: certa ſtant omnia lege:
Longáque per certos ſignantur tempora curſus.
Naſcentes morimur, finíſque ab origine pendet.

Lanifi-

Ayuntamiento de Madrid

*Lanificas nulli tres exorare puellas — Mart.1.
Contigit, obſeruant quem ſtatuere diem.
*Fata manent omneis, omneis expectat auarus — Ouid.ad Liu.
Portitor: & turbæ vix ſatis vna ratis.
Tendimus huc omneis, metam properamus ad vnam.
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.
*Vita data eſt vtenda, data eſt ſine fœnore nobis — & mox.
Mutua, nec certa perſoluenda die.
Fortuna arbitrijs tempus diſpenſat vbique:
Illa rapit iuuenes, ſuſtulit illa ſenes.
Quàque ruit furibunda ruit, totúmque per orbem
Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.
*Sed rigidum ius eſt & ineuitabile mortis, — ſub finem.
Stant rata, non vlla fila tenenda manu.
*Deſine fata deûm flecti ſperare precando. — Virg.6.Aen.
*Fatis agimur, cedite fatis. — Senec. Oedip.
-Multis ipſum — Ibidem.
Timuiſſe nocet; multi ad fatum
Venere ſuum, dum fata timent.
*Regitur fatis mortale genus, — In Octau.
Nec ſibi quiſquam ſpondere poteſt
Firmum & ſtabile: perquam caſus
Voluitur varios ſemper nobis
Metuenda dies.-
*-Heu durus fati tenor: eſt ne quod illi — Statius.
Non liceat?-
*Qui fata proculcauit, ac vitæ bona — Senec.Theb.
Proiecit, atque abſceſſit, & caſus ſuos
Onerauit; ipſi, ceu video, nullo eſt opus,
Quare ipſe mortem cupiat, aut quare petat.
Vtrumque timidi eſt velle: contempſit mori,
Qui concupiſcit.-



Ayuntamiento de Madrid

## MORS.

Hor.1.Car.4. *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regúmque turres.-
Idem 2. Car.14. *Eheu, fugaces, Poſtume, Poſtume,
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ
Afferet, indomitæqúe morti.
Non, ſi trecenis, quotquot eunt dies,
Amice, places illacrymabilem
Plutona tauris: qui amplum
Geryonem, Tityónque triſti
Compeſcit vnda; ſcilicet omnibus,
Quicunque terræ munere veſcimur,
Enauiganda, ſiue reges,
Siue inopes erimus coloni.
Hor.3. Carm.2. *Mors & fugacem perſequitur virum,
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidóque tergo.
Idem 1.Ep.15. -*Mors vltima linea rerum eſt.
Catul. Ep 5. *Soles occidere, & redire poſſunt:
Nobis, cùm ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna dormienda.
Horat. Art. *Debemur morti nos, noſtráque.-
Iuuen. 10. *-Mors ſola fatetur,
Quantula ſint hominum corpuſcula.-
Sen.Herc.fur. *Magnifica verba mors prope admota excutit.
in Troad. *Ipſáque morte peior eſt mortis locus.
Tibullus. *Quis furor eſt atram bellis accerſere mortem?
Imminet, & tacito clam venit illa pede.
Mart.lib.3. *Optima mors parca quæ venit apta die.
Hor.3.Car.24. *Intactis opulentior
Theſauris Arabum, & diuitis Indiæ,
Cæmentis licet occupes

Ayuntamiento de Madrid

Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum:
Si figit adamantinos
Summis verticibus dira neceſſitas
Clauos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
*Frange thoros, pete vina, roſas cape, tingere nardo: Mart.2.
Ipſe iubet mortis te meminiſſe Deus.
*Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas, Lib.4.
Nudus ad infernas, ſtulte, veheris aquas.
*Sed rigidum ius eſt & ineuitabile mortis. Ouid.ad Liu.
*Occurrunt animo pereundi mille figuræ, Epiſt.7.
Mórſque minus pœnæ, quàm mora mortis, habet.
*Mors ſpernit altam glóriam, Boeth.2.7.
Inuoluit humile pariter, & celſum caput,
Aequátque ſummis infima.
*O quàm miſerum eſt neſcire mori! Seneca.
*Eripere vitam nemo non homini poteſt: Idem.
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.
*Mors tantum vellem matrem mea fallere poſſet: Ouid.1.Met.13.
Mater obeſt, minuítque necis mihi gaudia: quamuis
Non mea mors illi, verùm ſua vita gemenda eſt.
*Sed tamen huc omnes, huc primus, & vltimus ordo. Prop.3.16.
Eſt mala, ſed cunctis iſta terenda via eſt.
Exoranda canis tria ſunt latrantia colla:
Scandenda eſt torui publica cymba ſenis.
Ille licet ferro cautus ſe condat, & ære,
Mors tamen incluſum protrahit inde caput.
Nirea non facies, non vis exemit Achillem,
Crœſum aut Pactoli quas parit humor opes.
*Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat: Ouid.3.Amor.
Omnibus obſcuras iniicit illa manus.
*Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam. Hor.1.Car.4.



Ayuntamiento de Madrid

*Iam te premet nox, fabulæque Manes,*
*Et domus exilis Plutonia.-*
1.Car. 28. *Omnes vna manet nox.
2.Car.3. *Nil intereſt, an pauper, & infima
*De gente ſub dio moreris,*
*Victima nil miſerantis Orci.*
*Omnes eôdem cogimur, omnium*
*Verſatur vrna, ſerius, ocyus*
*Sors exitura, & nos in æternum*
*Exilium impoſitura cymbæ.*
Lucan.8. *-Mors vltima pœna eſt.
Plaut. Rud. *Neque eſt melius morte in malis rebus.
Stat.9.Theb. *Mille modis lethi miſeros mors vna fatigat.*
2.Sylu. *- Omnia functa,
*Aut moritura vides. obeunt noctéſque diéſque*
*Aſtráque, nec ſolidis prodeſt ſua machina terris.*
*Nam populos mortale genus, plebíſque caducæ*
*Quis fleat interitus? hos bella, hos æquora poſcunt:*
*His amor exitio, furor his, & ſæua cupido:*
*Vt ſileam morbos. hos ora rigentia brumæ,*
*Illos implacido lethalis Seirius igni:*
*Hos manet imbrifero pallens Autumnus hiatu.*
f.habet. Quicquid *habent ortus; finem timet. ibimus omnes,
*Ibimus: immenſis vrnam quatit Aeacus vmbris.*
Claud.2 Rap. *Omnia mors æquat.-
Publ.Mim. *Lex vniuerſi eſt, quæ iubet naſci & mori.
Auſ.Periander. *Mortem optare, malum: timere, peius.

## FORTVNA, ET EIVS INCONSTANTIA.

Ouid.4. Pont. *Ludit in humanis diuina potentia rebus,
*Et certam præſens vix habet hora fidem.*

Tu

Ayuntamiento de Madrid

Tu quoque fac timeas: & quæ tibi læta videntur,
Dum loqueris, fieri triſtia poſſe puta.
*Nempe dat, & quodcunque libet fortuna, rapítque: 3.Triſt.
Irus & eſt ſubitò qui modò Crœſus erat.
*Humanæque memor ſortis, quæ tollit eoſdem Ibidem.
Et premit, incertas ipſe verere vices.
*Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat, 5.Triſt.
Et manet in nullo certa tenáxque loco.
Sed modò læta manet, vultus modò ſumit acerbos,
Et tantùm conſtans in leuitate ſua eſt.
*-Fors incerta vagatur, Lucan. 1.
Fértque reféřtque vices, & habent mortalia caſum.
*Dies quod dat, timeas: citò raptum venit. Publ.Mim.
*Verſatur celeri Fors leuis orbe rotæ. Tib.1.
Rara quidem eſt virtus, quam non Fortuna gubernat; Ouid.5.Triſt.
Quæ maneat ſtabili, cùm fugit illa, pede.
*Si fortuna volet, fies de rhetore conſul: Iuuen.7.
Si volet hæc eadem, fies de conſule rhetor.
*Res humanas ordine nullo Senec.Hip.3.
Fortuna regit, ſpargítque manu
Munera cæca, peiora fouens.
*Nempe per hos etiam fortunæ iniuria mores Ouid.Epiſt.
Regnat, & incerta eſt hîc quoque nixa rota.
Hîc quoque ſentitur, ne quid non improba carpat,
Sæuit, & iniuſtum ius ſibi vbique facit.
*-Quicquid in altum Senec.Aga.
Fortuna tulit, ruitura leuat.
Modicis rebus longius æuum eſt.
*-Fortuna humana fingit, arctátque, vt lubet: Plaut. Capt.
Me qui liber fueram, ſeruum fecit; è ſummo infimum:
Qui imperare inſueueram, nunc alterius imperio obſequor.



Ayuntamiento de Madrid

Ouid.4.Pont. *Quid facis ah demens? cur, ſi fortuna recedat,
Naufragio lacrymas eripis ipſe tuo?
Hæc dea non ſtabili quàm ſit leuis orbe fatetur,
Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet.
Ouid.8.Met. -*Ignauis precibus fortuna repugnat.
Terent. Phor. *Fortes fortuna adiuuat.
in Hec. *O Fortuna, vt nunquam perpetuò es bona!
Ouid.ad Liu. *Fortuna arbitrijs tempus diſpenſat vbique:
Illa rapit iuuenes, ſuſtulit illa ſenes.
Iuuen.10. -*Sed quid
Turba tremens? ſequitur fortunam, vt ſemper, & odit
Damnatos.-
Lucan. 3. -Seruat multos fortuna nocentes.
Senec. in Thy. Prohibétque Clotho
Stare fortunam: rotat omne fatum.
Martial.12. *Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.
Plaut. Aul. *Vt conſueuere homines, Salus fruſtratur & Fortuna.
Ibidem. *Nec vlli præſtat velox
Fortuna fidem.-
Senec. Med. *Fortuna fortes metuit, ignauos premit.
Ibidem. *Rapida fortuna, ac leuis,
Præcépsque regno eripuit, exilio dedit.
Silius 4. *Pelle moras, breuis eſt magni fortuna fauoris.
Hor.3.Car.29. *Fortuna ſæuo læta negotio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.
Publ. Mim. *Fortuna cùm blanditur, captatum aduenit.
Fortunam citius reperias, quàm retineas.
Fortuna nimium quem fouet, ſtultum facit.
Fortuna vitrea eſt, quæ cùm ſplendet, frangitur.
Leuis eſt fortuna, citò repoſcit, quæ dedit.

O for-

Ayuntamiento de Madrid

*O fortuna potens, quàm variabilis: Virg.opuſc.
Tantum iuris atrox quæ tibi vindicas,
Euertíſque bonos, erigis improbos.
Nec ſeruare poteſt muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa viros pauperie grauat:
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes, & retinet ſenes,
Iniuſto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, tranſit ad impios.
Nec diſcrimen habet, rectáque iudicat,
Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuò fouet:
Nec quos deſeruit, perpetuò premit.
*Centum doctûm hominũ conſilia ſola hæc deuincit dea Plaut.Pſeud.
Fortuna. atque hoc verum eſt; proinde vt quiſque fortuna vtitur,
Ita præcellet, atque exinde ſapere eum omnes dicimus.
Bene vbi quid conſilium diſcimusa ccidiſſe, hominem catum
Eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum, quoi vortit malè.
Stulti haud ſcimus, fruſtra vt ſimus, quom quod cupienter dari
Petimus nobis, quaſi, quid in rem ſit, poſſimus noſcere.
Certa amittimus, dum incerta petimus. atq; hoc euenit
In labore atque in dolore, vt mors obrepat interim.
*Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu: Auſon. Epig.
Semper mouetur, variat, & mutat vices,
Et ſumma in imum vertit, ac verſa erigit.
*Idcirco tanta eſt rerum diſcordia in æuo, Manil.lib.3. Aſtron.

Et ſubtexta malis bona ſunt, lachrymaq́ue ſequuntur
Vota, nec in cunctis ſeruat fortuna tenorem:
Vſque adeò permixta fluit, nec permanet vſquam,
Amiſitque fidem variando cuncta per omnes:
Non annis anni, non menſes menſibus vſque
Conueniunt, ſéque ipſe dies aliúmque relinquit,
Horáque non vlli ſimilis producitur horæ.

## SVAE QVISQVE FORTVNAE FABER.

Ouid. 8. Met. *-Sibi quiſque profectò
Eſt Deus: ignauis precibus fortuna repugnat.
Ouid. Epiſt. *Heu patior telis vulnera facta meis.

## SECVNDA FORTVNA.

Ouid. 1. Art. *Mens erit apta capi tunc, cùm lætiſſima rerum,
Vt ſeges in pingui, luxuriabit, humo.
Pectora dum gaudent, nec ſunt aſtricta dolore;
Ipſa patent.
Auſo. Periand. *Si fortuna iuuat, caueto tolli.
Si fortuna tonat, caueto mergi.
Auſo. Epig. *Fortunam reuerenter habe, quicunque repentè
Diues ab exili progrediere loco.
Hor. 2. Ser. 8. *-Ingenium res
Aduerſæ nudare ſolent, celare ſecundæ.
Idem Epod. *Licet ſuperbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.
Ouid. 2. Pont. 3. *Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt.
Plaut. Stich. *Secundas fortunas decent ſuperbiæ.
Ouid. 2. Art. *Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis,
Nec facile eſt æqua commoda mente pati.
Hor. 1. Epiſt. 10. *Quem res plus nimio delectauere ſecundæ,
Mutatæ quatient.-
Senec. Thyeſt. *Nemo confidat nimium ſecundis,



Ayuntamiento de Madrid

*Nemo deſperet meliora lapſis.*
**Res ſecundæ non habent vnquam modum.* Senec. Oedip.
**Omnes cùm ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè* Teren. Phor.
*Meditari ſecũ oportet, quo pacto aduerſam ærũnã ferãt,*
*Pericula, damna, exilia.-*

### CASVS.

**Aequior caſum tulit & procellas,* Senec. Troad.
*Mille qui ponto pariter carinas*
*Obrui vidit.-*
**O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!* Martial. 1.
**Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando inuenit.* Sen. Herc. fur.
**Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet?* Ouid. 4. Triſt.
  **Si qua venit ſerò, magna ruina venit.* Prop. 2. 25.

### ADVERSA INTERDVM PROSVNT.

**Quæ latet, ínque bonis ceſſat non cognita rebus,* Ouid. 4. Triſt.
  *Apparet virtus, arguitúrque malis.*
**Scilicet aduerſis probitas exercita rebus,* 5. Triſt.
  *Triſti materiam tempore laudis habet.*
*Si nihil infeſti durus vidiſſet Vlyſſes,*
  *Penelope felix, ſed ſine laude foret.*

### AMICITIA.

**Idcirco nihil ex ſemet natura creauit* Manil. 2.
*Pectore amicitiæ maius, nec rarius vnquam.*
*Vnus erat Pylades; vnus qui mallet Oreſtes*
*Ipſe mori: *Lis vna fuítque pericula mortis:* *Loc⁹ mẽdóſus. in al. vulg. leuis
*Alter quod raperet fatum; non cederet alter.* vrna fuit per ſe-
*Et duo, qui potuere ſequi vix noxia pœnis,* cula mortis. neq;
*Optauítque reum ſponſor non poſſe reuerti,* hoc ſatiſfacit.
*Sponſorémque reus timuit ne ſolueret ipſum.*
**Turpe quidem dictu, ſed, ſi modò vera fatemur,* Ouid. 2. Pont.
  *Vulgus amicitias vtilitate probat.*

Illud

Ayuntamiento de Madrid

Ibidem. *Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.
Ibidem. *Nomen amicitiæ Barbara corda mouet.
3.Triſt.4. *Viue ſine inuidia, molléſque inglorius annos
Exige, amicitias & tibi iunge pares.

AMICVS.

1.Triſt.8. *Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.
Ibidem. *Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.
2.Pont.3. *En ego, non paucis quondam munitus amicis,
Dum flauit velis aura ſecunda meis,
Vt fera nimboſo tumuerunt æquora vento,
In medijs lacera naue relinquor aquis.
2.Pont.6. *Turpe ſequi caſum, & fortunæ cedere: amicum
Et, niſi ſit felix, eſſe negare ſuum.
Auſ.Pitt. *Plures amicos re ſecunda compara
Paucos amicos rebus aduerſis proba.
Ouid,1.Art. *Tuta frequénſque via eſt, per amici fallere nomen:
Tuta frequénſque licet ſit via, crimen habet.
Hor.1.Ep.5. -*Ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.-
Hor.1.Car.35. -*Diffugiunt cadis
Cum fæce ſiccatis amici,
Ferre iugum pariter doloſi.
Ennius. *Amicus certus in re incerta cernitur.
Plaut.Pœnul. *Decipitur nemo, mea quidem ſententia,
Quis ſuis amicis narrat rectè res ſuas.
in Trin. *Si quid amicum erga benefeci, aut conſului fideliter,
Non videor meruiſſe laudem, culpa caruiſſe arbitror.
Ter.Phorm. *Solus eſt homo amico amicus.-
Lucret.3. *Quo magis in dubijs homines ſpectare periclis
Conuenit, aduerſiſque in rebus noſcere qui ſint.

Nam

Ayuntamiento de Madrid

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Eijciuntur: & eripitur perſona, manet res.
*Is amicus eſt, qui in re dubia, re iuuat, vbi re opus eſt. Plaut. in Epid.
*Pauci ex multis amici ſunt homini, qui certi ſient. in Pſeud.
*Omnibus amicis, quod mihi eſt, cupio eſſe idem. in Trin.
*Difficile eſt reperiri amicum, ita vt nomen Ibidem.
Cluet, quoi tuam cùm rem credideris, ſine omni cura dormias.
*-Vetus verbum hoc quidem eſt, Teren. Adel.
Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.
*Vt cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt. ſi labant Plaut. Stic.
Res laſſæ, itidem amici collabaſcunt. amicos res inuenit.
*Multi more iſto atque exēplo viuunt, quos cùm cenſeas in Bacchid.
Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimonijs,
Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide.
*Dulcis inexpertis cultura potentis amici; Hor. 1. Ep. 18.
Expertus metuit.-
*Amici vitia ſi feras, facis tua. Publ. Mim.
Amicos res optimæ parant, aduerſæ probant.
Ita amicum habeas, poſſe vt fieri inimicum putes.
Ita crede amico, ne ſit inimico locus.
*Hercle puto hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum, Enn. in Saty. apud Agell.
Ne quid expectes amicos, quod tu agere poſſis.

## INIMICITIA.

*Opus eſt nunc tuto loco, Plaut. Mil.
Vnde inimicus nequis noſtris ſpolia capiat conſilijs:
Vnde inimicus ne quis noſtra ſpolia capiat auribus.
Nam bene conſultum, inconſultum eſt, ſi inimicis ſit vſui.

Quum

Ayuntamiento de Madrid

Ibidem. *Quum iam repetas inimicum, amicum beneficio inuenis tuo.

### SIMILIS SIMILI GAVDET, ET quiſque ſuo ſtudio delectatur.

Hor.1.Ep.18. *Oderunt hilarem triſtes, triſtémque iocoſi,*
*Sedatum celeres, agilem, gnauúmque remiſſi.*
Ouid.2.Pont. *Scilicet ingenijs aliqua eſt concordia iunctis:*
*Et ſeruat ſtudij fœdera quiſque ſui.*
*Ruſticus agricolam, miles fera bella gerentem,*
*Rectorem dubiæ nauita puppis amat.*
Prop.2.1. *Nauta de ventis, de tauris narrat arator,*
*Enumerat miles vulnera, paſtor oues.*
Ouid.1.Pont. *Qua pote, quiſque in ea conterat arte diem.*
*Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſque ſuorum,*
*Tempus & adſueta ponere in arte iuuat.*
Iuuen.2. *Magna inter molles concordia.*

### AMICI VITIA NOVERIS, non oderis.

Hor.1.Ser.3. *At pater vt gnati, ſic nos debemus amici,*
*Si quod ſit vitium, non faſtidire. ſtrabonem*
*Appellat pætum pater: & pullum, male paruus*
*Si cui filius eſt: vt abortiuus fuit olim*
*Siſyphus. hunc varum, diſtortis cruribus: illum*
*Balbutit ſcaurum, prauis fultum male talis.*
*Parcius hic viuit: frugi dicatur. ineptus,*
*Et iactantior hic paulo eſt: concinnus amicis*
*Poſtulat vt videatur. at eſt truculentior, atque*
*Plus æquo liber: ſimplex, fortíſque habeatur.*
*Caldior eſt: acres inter numeretur. opinor,*
*Hæc res & iungit, iunctos & ſeruat amicos.*

### FIDES.

*Nam id hominum genus hominibus*

*Vni-*

Ayuntamiento de Madrid

*Vniuerſis eſt aduorſum, atque omni populo malefacit*
*Malè fidem ſeruando. illis quoq; abrogant etiam fidem,* Plaut. Trin.
*Qui nihil meriti: quippe ex eorum ingenio ingenium*
*horum probant.*
*Heus, quanta quanta hæc mea paupertas eſt; tamen* Ter. Phor.
*Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides.*
*Nuſquam tuta fides.-* Virg. 4. AEn.
*Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.* Ouid Epi. 16. 2.
*Silicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum;* 1. Triſt. 4.
*Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.*
*Nulla fides regni ſocijs.-* Lucan. 1.
*Ardua quippe fides robuſtos exigit annos,* lib. 8.
*-Stat nulla diu mortalibus vſquam* Sil. Ital. lib. 11.
*Fortuna titubante fides.-*
*Perdurat non empta fides, nec pectora merces* Claud. in Eutr.
*Alligat.-*

## Fides inter amicos ſeruanda.

*Fac fidelis ſis fideli: caue fluxam fidem geras.* Plaut. Capt.
*Multum in amore fides, multum conſtantia prodeſt.* Prop. 2. 26.
*Prona eſt timori ſemper in pœnas fides.* Sen. Herc.
*Non rata fides, vbi iam melior* Ibidem.
*Fortuna ruit.-*
*Perdurat non empta fides.-* Claud. Eut. 2.
*Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,* Ter. Phor.
*Verere verba ei credere?*
*Fidem qui perdit, nil poteſt vltra perdere.* Publ. Mim.
*Cum Deus intonuit, non ſe ſubducere nimbo,* Ouid. 5. Triſt. 14.
*Id demum eſt pietas, id ſocialis amor.*
*Non boue mactato cæleſtia numina gaudent,* Epiſt. 19.
*Sed, quæ præſtanda eſt & ſine teſte, fide.*

## Fides etiam hoſti ſeruanda.

*-Multo optimus ille* Sillius 14.

*Mili-*

Ayuntamiento de Madrid

Militiæ, cui poſtremum eſt, primúmque tueri
Inter bella fidem.-

Ouid.2.Pont. *Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci:
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem.
Turpe ſequi caſum, & fortunæ cedere; amicum
Et, niſi ſit felix, eſſe negare ſuum.

Silius 13. *Fœdera mortales ne ſæuo rumpite ferro,
Sed caſtam ſeruate fidem: fulgentibus oſtro
Hæc potior regnis. dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues ſpes linquet amici;
Non illi domus, aut coniux, aut vita manebit
Vnquã expers luctus, lachrymæqúe; aget æquore ſemper
Ac tellure premens, aget ægrum nocte diéque
Deſpecta ac violata fides.-

Idem. *Audite ô gentes, non rumpite fœdera pacis,
Nec regnis poſtferte fidem.-

### CONCORDIA.

Hor.Car.13. *Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulſus querimonijs,
Suprema citius ſoluet amor die.

Publ.Mim. *Diſcordia fit charior concordia:
Auxilia humilia, firma conſenſus facit.

### DISCORDIA.

Iuuen.15. *Inter finitimos vetus atque antiqua ſimultas;
Immortale odium, & nunquam ſanabile vulnus.

### CONTENTIO.

Publ. Mim. *Nimium altercando veritas amittitur.

### REDITVS IN GRATIAM.

Plaut.Amph. *Nam in hominum ætate multa eueniunt huiuſmodi;
Capiunt voluptates, capiunt rurſum miſerias.
Iræ interueniunt, redeunt rurſum in gratiam.

Verùm

Ayuntamiento de Madrid

Verùm iræ ſi quæ fortè eueniunt huiuſmodi
Inter eos, rurſum ſi reuentum in gratiam eſt,
Bis tanto amici ſunt inter ſe, quàm prius.
*Amantium iræ, amoris redintegratio eſt. Ter.And.

## BELLVM.

Nobilitas cum plebe perit, latéque vagatur Lucan.2.
Enſis, & à nullo reuocatum eſt pectore ferrum.
Stat cruor in templis, multáque rubentia cæde
Lubrica ſaxa madent. nulli ſua profuit ætas.
Non ſenis extremum piguit vergentibus annis
Præcipitaſſe diem, nec primo in limine vitæ
Infantis miſeri naſcentia rumpere fata.
Crimine quo parui cædem potuere mereri?
Sed ſatis eſt iam poſſe mori.
*Quenque ſuæ rapiunt ſcelerata in prælia cauſæ: Ibidem.
Hos polluta domus, legéſque in pace timendæ,
Hos ferro fugienda fames, mundíque ruinæ
Permiſcenda fides. nullum furor egit in arma:
Caſtra petunt magna victi mercede.
*Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes. Virg.11.AEn.
*Nulla fides pietáſque viris qui caſtra ſequuntur, Lucan.10.
Venaléſque manus: ibi fas, vbi maxima merces.
*Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt. Senec.Theb.
*Et pace & bello cunctis ſtat terminus æui. Silius 3.
*-Et incerti fallax fiducia Martis. Idem lib.6.
*Quis fuit, horrendos primus qui protulit enſes? Tib.1.10.
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit!
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuiter diræ mortis aperta via eſt.
At nihil ille miſer meruit: nos ad mala noſtra
Vertimus, in ſæuas quod dedit ille feras.
*Quis furor eſt atram bellis accerſere mortem? Ibidem.



Ayuntamiento de Madrid

Imminet, & tacito clàm venit illa pede.
Non ſeges eſt infrà, non vinea culta, ſed audax
Cerberus, & Stygiæ nauita puppis aquæ.

Senec. Hipp. *Inuenit artes bellicus Mauors nouas
Et mille formas mortis: hinc terras cruor
Infecit omnes fuſus, & rubuit mare.
Tum ſcelera dempto fine per cunctas domos
Iere, nullum caruit exemplo nefas.

Virg. 1. Georg. -Vbi fas verſum, atque nefas: tot bella per orbem,
Tam multæ ſcelerum facies: non vllus aratro
Dignus honos: ſqualent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

PAX.

Tib. 1. 10. Interea pax arua colat. pax candida primùm
Duxit araturos ſub iuga curua boues.
Pax aluit vites, & ſuccos condidit vuæ,
Funderet vt nato teſta paterna merum.
Pace bidens, vomérque vigent: at triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus.
Ruſticus è lucóque vehit malè ſobrius ipſo,
Vxorem plauſtro, progeniémque domum.

Ouid. 3. Art. *Candida pax homines, trux decet ira feras.

Silius 11. -Pax optima rerum,
Quas homini nouiſſe datum eſt: pax vna triumphis
Innumeris potior, pax cuſtodire ſalutem,
Et ciues æquare potens.

Ouid. 1. Faſt. *Sub iuga bos veniat, ſub terras ſemen aratas:
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

ASSENTATIO.

Iuuen. Sat. 3. de Græcis. Quid quòd adulandi gens prudentiſſima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum inualidi collum ceruicibus æquat

Herculis,

Ayuntamiento de Madrid

*Herculis, Antæum procul à tellure tenentis.*
*Miratur vocem anguſtam, qua deterius nec*
*Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.* &c.
*Natio comœda eſt. rides? maiore cachinno*
*Concutitur: flet ſi lachrymas aſpexit amici;*
*Nec dolet: igniculum brumæ ſi tempore poſcas,*
*Accipit endromidem: ſi dixeris æſtuo, ſudat.*

SIMVLATIO.

*Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem* Iuuen.2.
*Oceanum, quoties aliquid de moribus audent*
*Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.*
**Frontis nulla fides.*- Iuuen. 2.
**Simulata remoue verba: non facile eſt tibi* Senec. in Troad.
*Decipere Vlyſſem.*
**Ficta citò ad naturam redierint ſuam.* Publ.Mim.
**Simulare certè eſt hominis.* Ter. Adel.

DISSIMVLATIO.

**Cùm toties eadem dicam; vix audior vlli,* Ouid.3. Pont.
*Verbáque profectu diſſimulata carent.*
**Vtile quæ multis diſſimulaſſe fuit.* Idem Faſt.

VERITAS.

*Ego verum amo, verum volo mihi dici: mendacẽ odi.* Plaut. Moſt.
**Veritas nunquam latet.* Senec. Troad.
**Veritas odium parit.* Ter. Andr.
**Veritas odit moras.* Sen. OEdip.

GARRVLITAS.

*Neſcit vox miſſa reuerti.* Hor. Art.

TACITVRNITAS.

*Eximia eſt virtus, præſtare ſilentia rebus:* Ouid.2. Art.
*At contra, grauis eſt culpa, tacenda loqui.*
**Loqui ignorabit, qui tacere neſciet.* Auſo. Pitt.
**Fingere qui non viſa poteſt: commiſſa tacere* Hor.1. Ser.4.

Qui nequit; hic niger eſt: hunc tu Romane caueto.
Plaut. Epid. *Taceam optimum eſt: plus ſcire ſatius eſt,
Quàm loqui ſeruum hominem: ea ſapientia eſt.
Sen. Hip. *Alium ſilere quod voles, primus ſile.
Ouid. 2. Am. 2. *Quis minor eſt autem, quàm tacuiſſe, labor?
Hor. 1. Epiſt. 18. *Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vnquam:
Commiſſúmque teges, & vino tortus, & ira.
Ibidem. *Quid de quoque viro, & cui dicas, ſæpe videto.
Percunctatorem fugito: nam garrulus idem eſt:
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures:
Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.

### OBTRECTATIO.

Hor. 1. Ser. 4. *-Abſentem qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominum, famamque dicacis: &c.
Hic niger eſt.-
Iuuen. 9. *Viuendum rectè cùm propter plurima, tum his
Præcipuè cauſis, vt linguas mancipiorum
Contemnas. nam lingua mali pars peſſima ſerui.
Publ. Mim. *Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

### PERIVRIVM.

Ouid. 1. Amo. *Non bene conducti vendunt periuria teſtes.
Non bene ſelecti iudicis arca patet.
Tib. 1. 9. *Ah miſer, & ſi quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.
Claud. *In patrem dilata ruunt periuria patris,
Et pœnam merito filius ore luit.

### IVDEX.

Ouid. 6. Faſt. Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cùm iudex alios quod monet, ipſe facit.
Hor. 1. Ser. 2. *-Malè verum examinat omnis
Corruptus iudex.

Iudicis

Ayuntamiento de Madrid

*Iudicis officium eſt, vt res, ita tempora rerum* Ouid.1.Triſt.
*Quærere: quæſito tempore tutus eris.*

CONTRA CAVSIDICOS, ET INIQVOS IVDICES.

*Turpe reos empta miſeros defendere lingua,* Ouid.1.Amo.
*Quod faciat magnas turpe tribunal opes.*

TESTES.

*Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti* Plaut.Truc.
*Decē. qui audiūt, audita dicūt: qui videt, planè ſciunt.*
*-Ambiguæ ſi quando citabere teſtis,* Iuuen.8.
*Incertæquè rei, Phalaris licet imperet, vt ſis*
*Falſus, & admoto dictet periuria tauro:*
*Summum crede nefas animam præferre pudori.*

BENEFICENTIA, ET LIBERALITAS.

*Nam in mala vxore atque inimico ſi quid ſumas, ſumptus eſt.* Plaut.Mil.
*In bono hoſpite atque amico quæſtus eſt quod ſumitur.*
*Et quod in diuinis rebus ſumas, ſapienti lucro eſt.*
**Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt: gratia nanque* Auſo. Epig.
*Cùm fieri properat, gratia grata magis.*
**Tu bene ſi facias, non meminiſſe fas eſt.* Plaut.Truc.
**Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.* in Trin.
*-Nullum beneficium* in Rud.
*Eſſe duco id, quod quoi facias, non placet.*
**Malo ſi benefacias, id beneficium interit.* In Pœnul.
*Bono ſi quid malefacias, ætatem expetit.*
**Malo benefacere, tantundem eſt periculum,* Ibidem.
*Quantum bono malefacere.*
**Quod benefit bonis, haud perit.* Publ.Mim.
*Ab alio expectes, alteri quod feceris.*
*Bis eſt gratum, quod opus eſt, vltro ſi offeras.*



Ayuntamiento de Madrid

Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Beneficium ſæpe dare, docere eſt reddere.
Beneficium dignis vbi das, omnes obligas.

### DANTEM OBLIVISCI, ACCIpientem meminiſſe officij decet.

Mart.5. Quæ mihi præſtiteris memini, ſempérque tenebo.
Cur igitur taceo Poſthume. tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat, dixerat ipſe mihi.
Non bellè quædam faciunt duo: ſufficit vnus
Huic operi: ſi vis vt loquar, ipſe tace.
Crede mihi, quamuis ingentia Poſthume dones,
Auctoris pereunt garrulitate ſui.
Publ.Mim. *Beneficium ſe dediſſe qui dicit, petit.
Plaut. Capt. *Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauida eſt bonis.
Publ.Mim. *Beneficium dare qui neſcit, iniuſtè petit.
Beneficia plura recipit, qui ſcit reddere.
Virg.4.AEn. *Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.
Martialis. *Dedecus eſt ſemper ſumere, nilque dare.

### INGRATITVDO.

### Ingratus.

Publ. Mim. Dixeris maledicta cũcta cùm ingratũ hominẽ dixeris.
Terent.Phorm. -Vt nunc ſunt mores: adeò res redijt;
Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.
Ouid.4. Pont. *Parua quidem fateor pro magnis munera reddi,
Cùm pro conceſſa verba ſalute damus:
Sed qui quàm potuit dat maxima; gratus abunde eſt:
Et finem pietas contigit illa ſuum.
Plaut. Epid. *Hercle miſerum eſt ingratum eſſe hominem.
in Perſ. *Etenim nihil amas, cùm ingratum amas.

*Eſt

Ayuntamiento de Madrid

*Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. Ouid.Epiſt.12.
-Ingratos ante omnia pone ſodales. Iuuen.11.
*Ingrato homine terra peius nil creat. Auſo Epig.
*Deſine de quoquam quicquam bene velle mereri, Catull.Epiſt.68.
Aut aliquem fieri poſſe putare tuum.
Omnia ſunt ingrata. nihil feciſſe, benignè eſt.
Imò etiam tædet, tædet obéſtque magis.
Vt mihi, quem nemo grauius, nec acerbius vrget,
Quàm, modò qui me vnũ, atq; vnicũ amicũ habuit.
*Pol quidem meo animo ingrato homine nihil impenſius eſt. Plaut.Bacch.
Malefactorem amitti ſatius, quàm relinqui beneficum.
Nimio præſtat impendioſum te, quàm ingratum dicier:
Illum laudabunt boni, hoc ipſi etiam culpabunt mali.
*Nam ferè maxima pars, morem hunc hommes habent, quòd ſibi volunt Plaut.Capt.
Dum id impetrant, boni ſunt: ſed id vbi iam penes ſeſe habent,
Ex bonis peſſimi & fraudulentiſſimi
Sunt-.
-Ita ſunt iſti noſtri diuites, in Pœn.
Si quid bene facias, leuior pluma eſt gratia:
Si quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt.
*-Improbus homo eſt, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit. in Perſa.
*Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo. Iuuen.7.

## HOSPITALITAS.

Turpius eijcitur, quam non admittitur, hoſpes. Ouid.5.Triſt.
*Certus in hoſpitibus non eſt amor. Idem epiſt.16.
*In bono hoſpite atq; amico quæſtus eſt quod ſumitur. Plaut.Mil.
*Nil me pœnitet iam quanto ſumtui fuerim tibi: Ibidem.
Nam hoſpes nullus iã in amici hoſpitium diuorti poteſt,



Ayuntamiento de Madrid

Quin vbi triduum continuum fuerit, iam odioſus ſiet.
Ibidem. Proletario ſermone nunc quidem hoſpes vtere.

DIVITIAE, OPES, PECVNIA.

Ouid.3. Amo. Ingenium quondam fuerat pretioſius auro:
At nunc barbaria eſt grandis, habere nihil.
Ibidem. *Curia pauperibus clauſa eſt: dat cenſus honores:
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.
2.Art. *Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur:
Dum modò ſit diues barbarus, ille placet.
Aurea ſunt verè nunc ſæcula: plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.
Ipſe licet venias Muſis comitatus, Homere;
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.
Mar.2.Ep. *Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores:
Et cùm tot Crœſos viceris, eſſe Numam.
Prop.3.11. *At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis:
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulſa fides, auro venalia iura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.
Hor.1.Ep.6. *Scilicet vxorem cum dote, fidemque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.
Idem 2.Serm.3. -Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, diuina, humanáque pulchris
Diuitijs parent: quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens etiam, & rex,
Et, quicquid volet.-
Hor.1.Ep.2. *Non domus & fundus, non æris aceruus, & auri
Ægroto domino deduxit corpore febres,
Non animo curas.
Idem Epod.4. *Licet ſuperbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.
Tib.3.3. *Non opibus mentes homini, curæque leuantur:

Nam

Ayuntamiento de Madrid

Nam Fortuna ſua tempora lege regit.
*Tantis parta malis, cura maiore, metúque Iuuen.14.
Seruantur. miſera eſt magni cuſtodia cenſus.
*Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt. Hor.2.Ser.5.
*Da teſtem Romæ tam ſanctum, quàm fuit hoſpes Iuuen.3.
Numinis Idæi: procedat vel Numa, vel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam:
Protinus ad cenſum, de moribus vltima fiet
Quæſtio: quot paſcit ſeruos, quot poſſidet agri
Iugera, quàm multa, magnáque parapſide cœnat?
*Prima peregrinos obſcœna pecunia mores Idem 6.
Intulit, & turpi fregerunt ſæcula luxu
Diuitiæ molles.
*Pauca licet portes argenti vaſcula puri, Idem 10.
Nocte iter ingreſſus, gladium, contúmque timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram.
Cantabit vacuus coram latrone viator.
*Sed plures nimia congeſta pecunia cura Ibidem. vide paulò ſupra.
Strangulat, & cuncta exſuperans patrimonia cenſus.
-Nec plura venena Iuuen.14.
Miſcuit, aut ferro graſſatur ſæpius vllum
Humanæ mentis vitium, quàm ſæua cupido
Indomiti cenſus.
Di immortales, aurum obſecro quid valet? Plaut.Aul.
*Venenum in auro bibitur: expertus loquor. Senec.Thyeſt.
-Nunc aurum & purpura curis Lucre.5.
Exercent hominum vitam, bellóque fatigant.
*Pluris opes nunc ſunt, quàm priſci temporis annis, Ouid.1.Faſt.
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.
At poſtquam fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit ſummo vertice Roma deos;
Creuerunt & opes, & opum furioſa libido:



Ayuntamiento de Madrid

Et cùm poſsideant plurima, plura petunt.
Hor. 1. Ser. 1. *Neſcis quid valeat nummus, quem præbeat vſum.
Idem 2. Car. 2. *Nullus argento color eſt auaris
Abditæ terris inimice lamnæ
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat vſu.
Tib. 1. 9. *Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala.
Auſo. Bias. *Quis diues? qui nil cupiat. quis pauper? auarus.
Ouid. 1. Met. *Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

AVARITIA.

1. Faſt. *Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor, qui nunc eſt ſummus, habendi:
Vix vltra quò iam progrediatur habet.
Hor. 3. Car. 16. *Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Maiorúmque fames.-
Ibidem. -Multa petentibus
Deſunt multa. bene eſt, cui Deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu.
Ibidem 24. -Scilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ, tamen
Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.
Idem 1. Ep. 2. *Semper auarus eget. certum voto pete finem.
Ibid. 10. *Imperat aut ſeruit collecta pecunia.
Iuuen. 14. *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat, qui non habet.-
Hor. 2. Ser. 3. *Siquis emat citharas, emptas comportet in vnum
Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus vlli:
Si ſcalpra, & formas non ſutor: nautica vela
Auerſus mercaturis: delirus, & amens
Vndique dicatur meritò. quid diſcrepat iſtis,
Qui nummos, aurúmque recondit, neſcius vti

Compo-

Ayuntamiento de Madrid

*Compoſitis, metuénſque velut contingere ſacrum?*
**At bona pars hominum decepta cupidine falſo,* Hor.1.Ser.1.
*Nil ſatis eſt, inquit.*
**-Quodcunque profundâ* Claud.
*Traxit auaritia, luxu peiore refundit.*
**Plenus ſæuitiæ, lucríque cupidine feruens,* Idem.
*Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis*
*Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis*
*Aurea Pactoli, totúmque exhauſerit Hermum:*
*Ardebit maiore ſiti.*
**Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.* Hor.2.Ser.3.
*Filius, aut etiam hæc libertus vt ebibat heres,*
*Dis inimice ſenex cuſtodis, ne tibi deſit?*
*Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum?*
**Ergo ſollicitæ tu cauſſa pecunia vitæ es,* Prop.3.5.
*Per te immaturum mortis adimus iter.*
*Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes;*
*Semina curarum de capite orta tuo.*
**Ergo hominum genus incaſſum fruſtráque laborat* Lucre.lib.5.
*Semper, & in curis conſumit manibus æuum:*
*Nimirum quia non cognouit, quæ ſit habendi*
*Finis, & omnino quoad creſcat vera voluptas.*
**Inde ferè ſcelerum cauſſæ, nec plura venena* Iuuen.14.
*Miſcuit, aut ferro graſſatur ſæpius vllum*
*Humanæ mentis vitium, quàm ſæua cupido*
*Indomiti cenſus. nam diues qui fieri vult,*
*Et citò vult fieri. ſed quæ reuerentia legum;*
*Quis metus, aut pudor eſt vnquam properantis auari?*
**Vnde habeas quærit nemo, ſed oportet habere.* Ibidem.
**Semper inops quicunque cupit.* Clau.1.Ruf.
**Quid mihi diuitiæ, quarum ſi dempſeris vſum,* Corn.Gal.1.
*Quamuis largus opum, ſemper egenus ero?*



Ayuntamiento de Madrid

Immò etiam pœna eſt partis incumbere rebus,
  Quas cùm poſsideas, eſt violare nefas.
Non aliter ſitiens vicinas Tantalus vndas
  Captat, & oppoſitis abſtinet ora cibis.
Virg. 3. AEn. *-Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?
Manil. 4. Aſtro. *Quid tam ſollicitis vitam conſumimus annis?
Torquemúrque metu, cæcáque cupidine rerum?
AEternísque ſenes curis dum quærimus, æuum
Perdimus, & nullo votorum fine beati,
Victuros agimus ſemper, nec viuimus vnquam.
Pauperiórque bonis quiſque eſt, qui plura requirit:
Nec quod habet numerat, tantùm quod non habet optat.
Cúmque ſui paruos vſus natura repoſcat,
Materiam ſtruimus magnæ per vota ruinæ.
Luxuriam lucris emimus, luxúque rapinas,
Et ſummum cenſus precium eſt effundere cenſum.
Publ. Mim. *Auarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ.
Auarus, niſi cùm moritur, nil rectè facit.
Auaro quid mali optes? ni vt viuat diu.
In nullum auarus bonus, in ſe peſsimus.
Inopiæ pauca deſunt auaritiæ omnia.
Luxuriæ deſunt multa, auaritiæ omnia.
Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet.

## PRAEDA.

Tib. 2. 3. Ferrea non Venerem, ſed prædam ſæcula laudant.
  Præda tamen multis eſt adoperta malis.
Præda feras acies cinxit diſcordibus armis:
  Hinc cruor, hinc cædes, mors propiórque venit.
Præda vago iuſsit geminare pericula ponto,
  Bellica cùm dubijs roſtra dedit ratibus.



Ayuntamiento de Madrid

## LVCRVM.

*Non ego omnino lucrum omne eſſe vtile homini exiſtimo. Plaut.Capt.
Scio ego, multos iam lucrum lutulētos homines reddidit:
Eſt etiam, vbi profectò damnum præſtet facere, quàm lucrum.
Odi ego aurum: multa multis ſæpe ſuaſit perperam.
*Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum. Ter.Adel.
*Damnum appellandum eſt, cum mala fama lucrum. Publ.Mim.
*Lucrum, ſine damno alterius, fieri non poteſt. Idem.
-Lucri bonus eſt odor ex re Iuuen.14.
Qualibet.-
*Lucra petens, habili tauros adiungit aratro, Tib.1.9.
Et durum terræ ruſticus vrget opus.
Lucra petituras freta per parentia ventis
Ducunt inſtabiles ſidera certa rates.
*Neceſſe eſt facere ſumptum, qui quærit lucrum. Plaut.Aul.
*Verum pone moras, & ſtudium lucri: Hor.4.Car.12.
Nigrorúmque memor, dum licet, ignium
Miſce ſtultitiam conſilijs breuem.
*Ad ſuum quemque æquum eſt quæſtum eſſe callidum. Plaut. in Truc.
*Omnes homines ad ſuum quæſtũ callēt & faſtidiunt. Ibid.

## SORS.

*-Sors omnia verſat. Virg.Ecl.9.
*-Sors autem vbi peßima rerum eſt, Ouid.Met.14.
Sub pedibus timor eſt, ſecuraque ſumma malorum.
*Lætus ſorte tua viues, ſapienter Ariſti. Hor.1.ep.10.
*Nulla ſors longa eſt. Senec.Thyeſt.
*Ferre, quam ſortem patiuntur omnes In Troad.4.
Nemo recuſat.



Ayuntamiento de Madrid

## NEMO SVA SORTE CONTENTVS.

Hor.1.Ep.14. *Optat ephippia bos piger: optat arare caballus.
Idem 1. Serm.1. *Quî fit, Mæcenas, vt nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu Fors obiecerit, illa
Contentus viuat: laudet diuerſa ſequentes?
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contrà mercator, nauim iactantibus Auſtris,
Militia eſt potior. quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat iuris, legúmque peritus,
Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.
Ille, datis vadibus, qui rure extractus in vrbem eſt,
Solos felices viuentes clamat in vrbe.
Hor.Ep.14. *Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.
Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.
Stultus vterque locum immeritum cauſſatur iniquè.
In culpa eſt animus, qui ſe non effugit vnquam.
Ouid.1.Art. *Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,
Vicinúmque pecus grandius vber habet.
Publ. Mim. *Alienum nobis, noſtrum plus alijs placet.

## MALE PARTA.

Plaut. Pœn. *Malè partum malè diſperit.
In Ruden. -In ætate hominum plurimæ
Fiunt tranſennæ, vbi decipiuntur dolis.
Atque edepol in eas plerunque eſca imponitur,
Quam ſi quis auidus poſcit eſcam auariter,
Decipitur in tranſenna auaritia ſua.
Ille qui conſultè, doctè, atque aſtutè cauet,
Diutinè ei vti bene licet partum bene.



Ayuntamiento de Madrid

PARSIMONIA.

*Non minor eſt virtus quàm quærere, parta tueri: Ouid.2.Art.
Caſus ineſt illic, hîc erit artis opus.
-Plus eſt ſeruaſſe repertum, Claud.
Quàm quæſiſſe, decus.-
*Qui homo maturè quæſiuit pecuniam, Plaut.Curc.
Niſi eam maturè parſit, maturè eſurit.
*-Feſto die ſi quid prodegeris, in Aulul.
Profeſto egere liceat, niſi peperceris.
*Quod ſi quis vera vitam ratione gubernet; Lucret.5.
Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parcè,
Æquo animo: neque enim eſt vnquam penuria parui.
*O faciles dare ſumma deos, eadémque tueri Lucan.1.
Difficiles!-
*Contrahe de multis, grandis aceruus erit. Ouid.Rem.

MVNERVN CORRVPTELA.

*Munera, crede mihi, placant hominéſque deóſque. 3.Art.
Placatur donis Iupiter ipſe datis.
Quid faciat ſapiens? ſtultus quoque munere gaudet:
Ipſe quoque accepto munere mitis erit.
*Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur: 2.Art.
Dum modò ſit diues barbarus, ille placet.
*Qui dabit, ille tibi magno ſit maior Homero: 1.Amor.
-Crede mihi, res eſt ingenioſa dare.
Diffidit vrbium Hor.3.Car.16.
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus: munera nauium
Sæuos illaqueant duces.
*-Acceptiſsima ſemper Ouid. Epiſt.16.
Munera ſunt, auctor quæ pretioſa facit.
Sæpe Iouem vidi, cùm iam ſua mittere vellet 5.Faſt.
Fulmina, ture dato ſubſtinuiſſe manum.



Ayuntamiento de Madrid

## PAVPER.

Plaut. Aulul. *Non eſt veriſimile hominem pauperem
Pauxillum paruifacere, quin nummum petat.
Hor.1.Ep.12. *Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.
Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibúſque tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.
Claudian. *Eſuriens pauper telis incendor amoris,
Inter vtrunque malum diligo pauperiem.
Senec. in Herc. *Nec ſibi felix pauper habetur,
Niſi felices cecidiſſe videt.
1.Faſt. *In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores,
Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.
Plaut. Rud. *Omnibus modis qui pauperes ſunt homines, miſeri viuunt:
Præſertim quibus nec quæſtus eſt, nec artem didicere vllam.
Ouid.3.Amor.7 *Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores:
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.

## PAVPERTAS.

Hor.3.Car.24. Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quiduis & facere, & pati:
Virtutíſque viam deſerit arduæ.
Vel nos in Capitolium,
Quò clamor vocat, & turba fauentium:
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali
Mittamus. ſcelerum ſi bene pœnitet,
Eradenda Cupidinis
Praui ſunt elementa, & teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudijs.-

Miſerum

*Miſerum iſthuc verbum & peßimum eſt, habuiſſe, Plaut. Rud.
& nihil habere.
*Nil habet infelix paupertas durius in ſe, Iuuen. 3.
Quàm quod ridiculos homines facit.
*Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat Ibidem.
Res anguſta domi.-
-O quantum cogit egeſtas! Mart. 12.
*Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem: Ouid 2. Rem.
Non tamen hoc tanti eſt, pauper vt eſſe velis.
-Fœcunda virorum Lucan. 1.
Paupertas fugitur.-
*-Paupertatémque ferendo Effecere leuem. Ouid. 8. Met.
*Quanquam res noſtræ ſunt, pater, pauperculæ; Plaut. Perſ.
Modicè & modiſtè melius eſt vitam viuere.
Nam vbi ad paupertatem admigrant infamiæ,
Grauior paupertas fit, fides ſubleſtior.
*Paupertas mihi onus viſum eſt & miſerum & graue. Terent. Phorm.
*Paupertas me ſæua domat, dirúſque cupido. Claud.
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.
-Iam inde à pauxillo puero ridiculus fui Plaut. Stich.
Eò, quia paupertas fecit, ridiculus forem.

MODVS.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines. Hor. 1. Ser. 1.
*Quicquid exceßit modum, Sen. OEdip.
Pendet inſtabili loco.
*Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui, Hor. 1. Ep. 6.
Vltra, quàm ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.

MEDIOCRITAS.

Otium diuos rogat in patenti Hor. 2. Car. 16.
Prenſus AEgæo, ſimul atra nubes
Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis.



Ayuntamiento de Madrid

*Otium bello furioſa Thrace,*
*Otium Medi pharetra decori,*
*Groſphe, non gemmis, neque purpura ve-*
*nale, nec auro.*
*Non enim gazæ, neque conſularis*
*Summouet lictor miſeros tumultus*
*Mentis, & curas laqueata circum*
*Tecta volanteis.*
*Viuitur paruo bene, cui paternum*
*Splendet in menſa tenui ſalinum:*
*Nec leueis ſomnos timor, aut cupido*
*Sordidus aufert.*
*Quid breui fortes iaculamur æuo*
*Multa? quid terras alio calentes*
*Sole mutamus? patriæ quis exſul*
*Se quoque fugit?*
*Scandit æratas vitioſa naueis*
*Cura, nec turmas equitum relinquit*
*Ocyor ceruis, & agente nimbos*
*Ocyor Euro.*
*Lætus in præſens animus, quod vltrà eſt*
*Oderit curare, & amara læto*
*Temperet riſu. nihil eſt ab omni*
*Parte beatum.*
*Abſtulit clarum cita mors Achillem,*
*Longa Tithonum minuit ſenectus,*
*Et mihi forſan, tibi quod negarit,*
*Porriget hora.*
*Te greges centum, Siculæqúe circum*
*Mugiunt vaccæ: tibi tollit hinnitum*
*Apta quadrigis equa: te bis Afro*
*Murice tinctæ*

*Veſtiunt lanæ. mihi parua rura, &*
*Spiritum Graiæ tenuem Camenæ*
*Parca non mendax dedit, & malignum*
*Spernere vulgus.*
**Rectius viues, Licini, neque altum* Eod. Car. 10.
*Semper vrgendo, neque dum procellas*
*Cautus horreſcis, nimium premendo*
*Litus iniquum.*
*Auream quiſquis mediocritatem*
*Diligit, tutus caret obſoleti*
*Sordibus tecti, caret inuidenda*
*Sobrius aula.*
*Sæpius ventis agitatur ingens*
*Pinus, & celſæ grauiore caſu*
*Decidunt turres, feriuntque ſummos*
*Fulmina monteis.*
*Sperat infeſtis, metuit ſecundis*
*Alteram ſortem bene præparatum*
*Pectus. informes hiemes reducit*
*Iupiter: idem*
*Summouet. non, ſi male nunc, & olim*
*Sic erit. quondam cithara tacentem*
*Suſcitat Muſam: neque ſemper arcum*
*Tendit Apollo.*
*Rebus anguſtis animoſus, atque*
*Fortis appare. ſapienter idem*
*Contrahes vento nimium ſecundo*
*Turgida vela.*
**O mihi care quidem ſemper, ſed tempore duro* Ouid. 5. Triſt. 4.
*Cognite, res poſtquam procubuere meæ:*
*Vſibus edocto ſi quicquam credis amico,*
*Viue tibi, & longe nomina magna fuge.*



Ayuntamiento de Madrid

*Viue tibi; quantúmque potes præluſtria vita:*
*Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit.*
*Nam quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes,*
*Non potius proſit, ſi quis obeſſe poteſt.*
*Effugit hibernas demiſſa antenna procellas,*
*Latáque plus paruis vela timoris habent.*
*Aſpicis vt ſumma cortex leuis innatat vnda,*
*Cùm graue nexa ſimul retia mergat onus?*
& mox. **Qui cadit in plano (vix hoc tamen euenit ipſum)*
*Sic cadit, vt tacta ſurgere poſſit humo.*
*At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto,*
*Occurrit regi flebilis vmbra ſuo.*
*Quid fuit, vt tutas agitaret Dædalus alas?*
*Icarus immenſas nomine ſignet aquas?*
*Nempe quòd hic altè, demiſſius ille volabat:*
*Nam pennas ambo non habuere ſuas.*
*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: & intra*
*Fortunam debet quiſque manere ſuam.*
*Non foret Eumenides orbus, ſi filius eius*
*Stultus Achilleos non adamaſſet equos.*
*Nec natum in flamma vidiſſet, in arbore natas,*
*Cepiſſet genitor ſi Phaetonta Merops.*
*Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper,*
*Propoſitíque precor contrahe vela tui.*
paulò poſt. **Viue ſine inuidia, molleſque inglorius annos*
*Exige, amicitias & tibi iunge pares.*
Hor.2. Ser.6. **Ruſticus vrbanum murem mus paupere fertur*
*Accepiſſe cauo, veterem vetus hoſpes amicum,*
*Aſper, & attentus quæſitis, vt tamen arctum*
*Solueret hoſpitijs animum. quid multa? neque illi*
*Sepoſiti ciceris, nec longæ inuidit auenæ:*
*Aridum & ore ferens acinum, ſemeſáque lardi*

Fruſta

Ayuntamiento de Madrid

Fruſta dedit, cupiens varia faſtidia cena
Vincere, tangentis malè ſingula dente ſuperbo:
Cùm pater ipſe domus palea porrectus in horna
Eſſet ador, loliúmque, dapis meliora relinquens.
Tandē vrbanus ad hunc: Quid te iuuat, inquit, amice
Prærupti nemoris patientem viuere dorſo?
Vis tu homines, vrbémque feris præponere ſiluis?
Carpe viam, (mihi crede,) comes, terreſtria quando
Mortales anīmas viuunt ſortita: neque vlla eſt
Aut magno, aut paruo lethi fuga. quo, bone, circa
Dum licet in rebus iucundis viue beatus:
Viue memor quam ſis æui breuis. hæc vbi dicta
Agreſtem pepulère, domo leuis exilit. inde
Ambo propoſitum peragunt iter, vrbis auentes
Mœnia nocturni ſubrepere. iámque tenebat
Nox medium cæli ſpatium, cùm ponit vterque
In locuplete domo veſtigia, rubro vbi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos:
Multáque de magna ſupereſſent fercula cena,
Quæ procul extructis inerant heſterna caniſtris.
Ergo vbi purpurea porrectum in veſte locauit
Agreſtem, veluti ſuccinctus curſitat hoſpes,
Continuátque dapes, nec non vernaliter ipſis
Fungitur officijs, prælambens omne quod affert.
Ille cubans gaudet mutata ſorte, boniſque
Rebus agit lætum conuiuam: cùm ſubitò ingens
Valuarum ſtrepitus lectis excuſſit vtrunque.
Currere per totum pauidi conclaue, magiſque
Exanimes trepidare, ſimul domus alta moloſſis
Perſonuit canibus. tum ruſticus, haud mihi vita
Eſt opus hac, ait: & valeas. me ſilua, cauúſque
Tutus ab inſidijs tenui ſolabitur eruo.



Ayuntamiento de Madrid

Iuuen. 14. *-Dolia nudi
Non ardent Cynici: ſi fregeris, altera fiet
Cras domus, atque eadem plumbo commiſſa manebit.
Senſit Alexander, teſta cùm vidit in illa
Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui
Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbem,
Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.
Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia. ſed te
Nos facimus, Fortuna, deam. menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam,
In quantum ſitis, atque fames, & frigora poſcunt,
Quantum, Epicure, tibi paruis ſuffecit in hortis,
Quantum Socratici ceperunt antè Penates.
Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.

Cat. Epig. 29. *O quid ſolutis eſt beatius curis?
Cùm mens onus reponit, ac peregrino
Labore feſſi venimus larem ad noſtrum,
Deſideratóque acquieſcimus lecto.

Claud. de Sena-ſore Veronenſi. *Felix qui proprijs æuum tranſegit in aruis,
Ipſa domus puerum quem videt, ipſa ſenem:
Qui baculo nitens, in qua reptauit harena,
Vnius numerat ſæcula longa caſæ.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.
Non freta mercator timuit, non claſsica miles,
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinæ neſcius vrbis,
Adſpectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis, non conſule, computat annum:
Autumnum pomis, ver ſibi flore notat.
Idem condit ager ſoles, idémque reducit
Metitúrque ſuo ruſticus orbe diem.

Ingen-

Ayuntamiento de Madrid

Ingentem meminit paruo qui gramine quercum,
AEquæuúmque videt conſenuiſſe nemus.
*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, Hor.1. Ser.1.
Quos vltra citráque, nequit conſiſtere rectum.
*Inter vtrunque tene, medio tutiſſimus ibis. Ouid.2.Me.
*Non poſſis oculo quantùm contendere Lynceus, Hor.1.Epiſt.1.
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia deſperes inuicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.
Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur vltrà.
*-Nam id arbitror Ter.Andr.
Apprimè in vita eſſe vtile, vt ne quid nimis.
*Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parcè, Lucr.5.
Aequo animo: neque enim eſt vnquam penuria parui.
*Illud quod medium eſt, atque inter vtrunq; probatur. Mart.1.
*Modus omnibus in rebus ſoror, optimum eſt habitu. Plaut.Pœnul.
Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.
*Ego virtute deûm & maiorum noſtrorum diues ſum ſatis in Aulul.
Iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles,
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram
Nihil moror, quæ in ſeruitutẽ ſumptibus redigũt viros.
*Viuitur exiguo melius: natura beatis Claud. in Ruff. lib.1.
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti.
Hæc ſi nota forent, frueremur ſimplice cultu,
Claſſica non fremerent, non ſtridula fraxinus iret,
Non ventus quateret puppes, non machina muros.
*Altius egreſſus cœleſtia tecta cremabis, Ouid.2. Met.
Inferius terras, medio tutiſſimus ibis.
*Inſtruit & natum, medióque vt limite curras 8.Metam.
Icare, ait, moneo, ne, ſi demiſſior ibis,



Ayuntamiento de Madrid

*Vnda grauet pennas: ſi celſior; ignis adurat:*
*Inter vtrunque vola.*

ENCOMIVM VITAE RVSTICAE.

Hor.Epod.2.
*Beatus ille, qui procul negotijs,*
*Vt priſca gens mortalium,*
*Paterna rura bobus exercet ſuis,*
*Solutus omni fœnore:*
*Nec excitatur claſſico miles truci;*
*Nec horret iratum mare:*
*Forúmque vitat, & ſuperba ciuium*
*Potentiorum limina.*
*Ergo aut adulta vitium propagine*
*Altas maritat populos:*
*Aut in reducta valle mugientium*
*Proſpectat errantels greges:*
*Inutiléſque falce ramos amputans,*
*Feliciores inſerit:*
*Aut preſſa puris mella condit amphoris:*
*Aut tondet infirmas oueis.*
*Vel cùm decorum mitibus pomis caput*
*Autumnus aruis extulit:*
*Vt gaudet inſitiua decerpens pyra,*
*Certantem & vuam purpuræ:*
*Qua muneretur te Priape, & te pater*
*Siluane tutor finium.*
*Libet iacêre modò ſub antiqua ilice,*
*Modò in tenaci gramine.*
*Labuntur altis interim ripis aquæ:*
*Queruntur in ſiluis aues:*
*Fontéſque lymphis obſtrepunt manantibus,*
*Somnos quod inuitet leueis.*
*At cùm tonantis annus hibernus Iouis*

*Imbreis,*

Ayuntamiento de Madrid

Imbreis, niueíſque comparat:
Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane
Apros in obſtanteis plagas:
Aut amite leui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos:
Pauidúmque leporem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat præmia.
Quis non malarum, quas amor curas habet,
Hæc inter obliuiſcitur?
Quòd ſi pudica mulier in partem iuuet
Domum, atque dulceis liberos:
Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis vxor Apuli:
Sacrum vetuſtis exſtruat lignis focum
Laſſi ſub aduentum viri:
Claudénſque textis cratibus lætum pecus,
Diſtenta ſiccet vbera:
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemptas apparet;
Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magíſue rhombus, aut ſcari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc vertat mare:
Non Afra auis deſcendat in ventrem meum,
Non attagen Ionicus
Iucundior, quàm lecta de pinguiſſimis
Oliua ramis arborum,
Aut herba lapathi prata amantis, & graui
Maluæ ſalubres corpori,
Vel agna feſtis cæſa Terminalibus,
Vel hædus ereptus lupo.
Has inter epulas, vt iuuat paſtas oueis

Videre properanteis domum!
Videre feſſos vomerem inuerſum boues
Collo trahenteis languido;
Poſitóſque vernas, ditis examen domus,
Circum renidenteis lares!
Hæc vbi locutus: fenerator Alphius,
Iam iam futurus ruſticus,
Omnem relegit Idibus pecuniam:
Quærit Kalendis ponere.

Ouid.2.Pont. *Tempus in agrorum cultu conſumere, dulce eſt.

Iuuen.14. *Viuite contenti caſulis, & collibus iſtis
O pueri, Marſus dicebat, & Hernicus olim,
Veſtinuſque ſenex: panem quæramus aratro,
Qui ſatis eſt menſis.-

Boëth. 2.5. *Felix nimiùm prior ætas,
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu,
Facili quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande.

Olymp.Nem. *Forſitan indignum ducis, quod ruſticus Alcon
Te cupiam, qui mane boues in paſcua ducam.
Dij pecorum pauere greges, formoſus Apollo,
Pan doctus Fauni vates, & pulcher Adonis.

Senec. Hip. *Non alia magis eſt libera, & vitio carens,
Ritúſque melius vita quæ priſcos colat,
Quàm quæ relictis mœnibus ſiluas amat.
Non illum auaræ mentis inflammat furor,
Qui ſe dicauit montium inſontem iugis:
Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
Non peſtilens inuidia, non fragilis fauor.
Non ille regno ſeruit, aut imminens regno
Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes,

Spei

Ayuntamiento de Madrid

Spei metúſque liber. haud illum niger
Edáxque liuor dente degeneri petit.
Nec ſcelera populos inter, atque vrbes ſita
Nouit, nec omnes conſcius ſtrepitus pauet.
*Hîc radiant flores, & prati viua voluptas, Claud.
Ingenio variata ſuo: fulgentibus illic
Surgunt ſtructa thoris: hîc mollis panditur herba,
Sollicitum curis non abruptura ſoporem.
Turba ſalutantum latas tibi perſtrepit ædes:
Hîc auium cantus, labentis murmura riui.

POTENTIA EXPOSITA MALIS.

*Summa petit liuor: perflant altiſsima venti: Ouid. Rem.
 Summa petunt dextrâ fulmina miſſa Iouis.
*Quatiunt altas ſæpe procellæ, Senec. Octa.
Aut euertit fortuna domos.
Minus in paruis fortuna furit:
*Humida vallis, raros patitur In Hippo.
Fulminis ictus, tremuit telo
Iouis altiſoni Caucaſus ingens,
Phrygiúmque nemus matris Cybeles.
*Non capit vnquam  Magnos motus humilis tecti Ibidem.
Plebeia domus-
 *-Nulla potentia longa eſt. Ouid. 2. Met.
*Feriunt celſos fulmina colles: Senec. Agam.
Corpora morbis maiora patent.
 *-Sic longius æuum Lucan. 8.
Deſtruit ingenteis animos & vita ſuperſtes
Imperio, niſi ſumma dies cum fine bonorum
Affuit, & celeri præuertit triſtia letho.
Dedecori eſt fortuna prior.
*Inuida fatorum ſeries: ſummiſque negatum Idem 8.
Stare diu.

PAV-

### PAVPERTAS ET DOLOR acuunt ingenia.

Manil.1. Aſtron. *Sed cùm longa dies acuit mortalia corda,*
*Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quenque*
*Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo,*
*Seducta in varias certarunt pectora curas,*
*Et quodcunque ſagax tentando repperit vſus.*
Ouid.6. Met. **-Grande doloris*
*Ingenium eſt, miſeriſque venit ſolertia rebus.*
2. Art. **Ingenium mala ſæpe mouent. quis crederet vnquam*
*Aërias hominem carpere poſſe vias?*
Plaut.Sticho. **Paupertas omneis arteis perdocet, vbi quem attigit.*
Publ.Mim. **Hominem experiri multa paupertas iubet.*
Hor.2. Ep 2. **-Paupertas impulit audax,*
*Vt verſus facerem.*

### VOLVNTAS.

Ouid. ad Piſ. *Quod ſi digna tua minus eſt mea pagina laude,*
*At voluiſſe ſat eſt: animum, non carmina iacto.*
Iuuen.13. **Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.*
*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,*
*Facti crimen habet.*
Ouid.3.Pont. *Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas:*
*Hac ego contentos auguror eſſe deos.*
*Hæc facit vt veniat pauper quoque gratus ad aras,*
*Et placeat cæſo non minus agna boue.*
Iuuen.6. **Hoc volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas.*
Prop.2.10. **Quòd ſi deficiant vires, audacia certè*
*Laus erit. in magnis & voluiſſe ſat eſt.*

### CLEMENTIA.

Ter.Adelph. **-Re ipſa reperi*
*Facilitate nihil homini eſſe melius, neque clementia.*
Claud.Eutr.2. **-Sola deos æquat clementia nobis.*

*Qui

Ayuntamiento de Madrid

*Qui fruitur pœna, ferus eſt, legúmque videtur Conf.Manlij.
Vindictam præſtare ſibi; quum viſcera felle
Canduerint, ardet ſtimulis, fertúrque nocendi
Prodigus, ignarus cauſæ. dijs proximus ille eſt,
Quem ratio, non ira mouet: qui facta rependens
Conſilio, punire poteſt mucrone cruento.
Se iactent alij, ſtudeant feritate timeri,
Addictóque hominum cumulent æraria cenſu.
Lenè fluit Nilus, ſed cunctis amnibus extat
Vtilior, nullas confeſſus murmure vires:
Acrior at rapidus tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas. eadem clementia ſæui
Gurgitis immenſum deduxit in oſtia Gangem.
Torrentes immanè fremant, lapſiſqúe minentur
Pontibus, inuoluant ſpumoſo vertice ſiluas.
Pax maiora decet: peragit tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit: mandatáque fortius vrget
Imperioſa quies.*

## OBSEQVIVM.

*Obſequium amicos, veritas odium parit.* Ter.Andr.
*Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus: Ouid.2.Art.
Franges, ſi vires experiere tuas.
Obſequio tranantur aquæ, nec vincere poſſis
Flumina, ſi contrà, quàm rapit vnda, nates.
Obſequium tigréſque domat, tumidóſque leones;
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.*

## ASPERITAS.

*Dextera præcipuè capit indulgentia mentes.* Ouid.2.Art.
*Aſperitas odium, ſæuáque bella mouet.
Odimus accipitrem, quia viuit ſemper in armis,
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.*

At

*At caret inſidijs hominum, quia mitis hirundo eſt,*
*Quáſque colat turres Chaonis ales habet.*

IRA, ET IRACVNDIA.

Hor.1.Ep.2. *-Qui non moderabitur iræ,*
*Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit, & mens,*
*Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.*
*Ira furor breuis eſt. animum rege: qui niſi paret,*
*Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.*
Ouid. de Art. *Vt fragilis glacies interit ira mora.*
Plaut. Pſeud. *-Iam iſtæc inſipientia eſt,*
*Sic iram in promptu gerere.-*
Ouid. Epiſt.3. *Vince animos, irámque tuam, qui cetera vincis.*
1.Amor. *Quaſlibet infirmas adiuuat ira manus.*
Senec. Med. *-Ira quæ tegitur, nocet.*
Ibidem. *Difficile quam ſit animum ab ira flectere*
*Iam concitatum, quámque regale hoc putet,*
*Sceptris ſuperbas quiſquis admouit manus.*
Perſ. 3. *Nunc face ſuppoſita ferueſcit ſanguis, & ira*
*Scintillant oculi: dicíſque, facíſque, quod ipſe*
*Non ſani eſſe hominis, non ſanus iuret Oreſtes.*
Claudian. *Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis*
*Protegit imbutam flammis, auidámque nocendi,*
*Præcipitémque ſui. rabie ſuccenſa tumeſcit,*
*Contrahitur ſtupefacta metu.*
Ter. Heaut. *-Præ iracundia,*
*Menedeme, non ſum apud me.*
in Adelp. *Ah me miſerum, vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.*
Ouid.3. Art. *Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,*
*Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant.*
Publ. Mim. *Bonum apud virum cito moritur iracundia.*
*Conſilio melius vincas, quam iracundia.*

Home

Ayuntamiento de Madrid

Homo extra corpus ſuum eſt, cùm iraſcitur.
Iracundiam qui vincit, hoſtem ſuperat maximum.
*Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram. Ouid. 1. Amor.
Sæpe ſimultates ira morata facit.

IMPETVS.

*Difficiles aditus impetus omnis habet. de Rem.
Ne fræna animo permitte calenti: Stat. 10.
Da ſpatium, tenuémque moram: malè cuncta miniſtrat
Impetus.
*Iuuenile vitium eſt, regere non poſſum impetum. Senec. Troad.

MODERATIO.

*Bis vincit, qui ſe vincit, in victoria. Publ. Mim.
Effugere cupiditatem, regnum eſt vincere.
*Quod prudentis opus? cùm poſsit, nolle nocere. Auſo. Bias.
Quid ſtulti proprium? non poſſe, & velle nocere.

LIVOR.

*Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto, Inuidiæ deſcriptio, ex Ou. 2. Met.
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores.
Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabeſcítque videndo,
Succeſſus hominum, carpítque & carpitur vnà,
Suppliciúmque ſuum eſt.
*Ingenium magni liuor detrectat Homeri: 1. Remed.
Quiſquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.
Summa petit liuor, perflant altiſsima venti:
Summa petunt dextra fulmina miſſa Iouis.
*Liuor, iners vitium, mores non exit in altos, 3. Pont.
Vtque latens ima vipera ſerpit humo.
*Scripta placent à morte ferè, quia lædere viuos Ibidem.
Liuor, & inuiſo carpere dente ſolet.

*Paſci-

Ayuntamiento de Madrid

3. Pont. *Paſcitur in viuis liuor: poſt fata quieſcit:
Tunc ſuus ex merito quenque tuetur honor.

Silius Ital. *Dum malus obtrectat facta immortalia liuor,
Nec ſinit adiutas ductoris creſcere laudes.

Virg. Opuſc. *Liuor, tabificum malis venenum,
Intactis vorat oſſibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Quod quiſquis furit, inuidétque forti,
Vt debet, ſibi pœna ſemper ipſe eſt.
Teſtatur gemitu graueis dolores,
Suſpirat, gemit, incutítque denteis:
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum.
Pallor terribilis genas colorat.
Infelix macies renudat oſſa.
Non lux, non cibus eſt ſuauis illi:
Nec potus iuuat, aut ſapor Lyæi:
Nec ſi pocula Iuppiter propinet,
Aut hæc porrigat, & miniſtret Hebe,
Aut tradat Ganymedes ipſe nectar:
Non ſomnum capit, aut quieſcit vnquam.
Torquet viſcera carnifex cruentus,
Veſanos tacitè mouet furores,
Intentans animo faces Erinnys
Lethalis, Tityíque vultur intus,
Qui ſemper lacerat, comeſtq́ue mentem.
Viuit pectore ſub dolente vulnus:
Quod Chironia nec manus leuarit,
Nec Phœbus, ſobolésque clara Phœbi.

INVIDIA.

Senec. Med. Inuidia faſtum ac ſermo popularis premet.
Ars prima regni eſt, poſſe inuidiam pati.

*Mace-

Ayuntamiento de Madrid

*Macerat inuidia, ante oculos illum eſſe potentem, Lucret.5.
Illum aſpectari, claro qui incedit honore:
Ipſi ſe in tenebris volui cœnóque queruntur.
*Hi ſunt inuidiæ nimirum Regule mores, Mart.5.
Præferat antiquos ſemper vt illa nouis.
*O dirum exitium mortalibus! ô nihil vnquam Silius 16.
Creſcere, nec magnas patiens exſurgere laudes
Inuidia! -
*Inuidiam quod habet, non ſolet eſſe diu. Prop 2.25.
*Inuidus alterius rebus macreſcit opimis. Hor.Ep.2.
Inuidia Siculi non inuenêre tyranni
Maius tormentum.-
*Inuidere alij bene eſſe, tibi malè eſſe, miſeria eſt. Plaut.Truc.
Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem habent.
*Miſerrima eſt fortuna, quæ inimico caret. Publ.Mim.
*Eſt miſerorũ, vt maleuolẽtes ſint, atq; inuideãt bonis. Plaut.Capt.
*Nullus eſt, qui non inuideat rem ſecundam obtingere. in Bacch.
*Hoccine credibile eſt, aut memorabile, Ter.in Andr.
Tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet,
Vt malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius ſua vti comparent commoda?

### ODIVM.

*Odia qui timet, regnare neſcit. Senec.OEd.
*Profeſſa perdunt odia vindictæ locum. in Med.

### ARROGANTIA, IACTANTIA.

*-O mores! vſque adeóne Perſ.1.
Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?
*Ad populum phaleras: ego te intus, & in cute noui. Idem 3.
*Citò ignominia fit ſuperbi gloria. Publ.Mim.

### AMBITIO.

Virtute ambire oportet, non fauitoribus. Plaut.Amph.
Sat habet fauitorum ſemper, qui rectè facit.



Ayuntamiento de Madrid

Claud. 3. Conſ. Hon. *-Emitur ſola virtute poteſtas.
In 2. Pan. Stil. *Trudis auaritiam, cuius fœdiſſima nutrix
Ambitio, quæ veſtibulis, foribúſque potentum
Excubat, & precijs commercia poſcit honorum.

PHILAVTIA.

Ter. Adel. *Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius,
Qui, niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.
Hor. 1. Ep. 18. *Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes.
Teren. Andr. *Verùm illud verbum eſt, vulgò quod dici ſolet,
Omnes ſibi malle melius eſſe, quàm alteri.

PVDOR.

Senec. Agam. *Periere mores, ius, decus, pietas, fides,
Et qui redire neſcit, cùm perit, pudor.
Plau. Pſeud. *Nimio id, quod pudet, faciliùs fertur, quàm id quod piget.
Hor. 1. Epiſt. 16. *Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.
Senec. Oed. *-Nullus eſt miſeris pudor.
Plaut. Aſin. *Decet verecundum eſſe adoleſcentem.-
Iuuen. 8. *Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere cauſas.
Silius 1. *Tum pudor accendit mentem: nec conſcia fallit
Virtus preſſa loco.-
Val. Flac. 5. -Rebus ſemper pudor abſit in arctis.
Senec. Thyeſt. -Vbi non eſt pudor,
Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides,
Inſtabile regnum eſt.-
in Theb. *Malus eſt miniſter regij imperij pudor.
Ter. Adel. *Pudore & liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo, quàm metu.
Plaut. Bac. *Nam ego illum periiſſe dico, quoi quidem perijt pudor.

PVDICITIA.

Ouid. Epiſt. 5. *-Nulla reparabilis arte

Lapſa

Ayuntamiento de Madrid

Lapſa pudicitia eſt.deperit illa ſemel.
*Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Epiſt.15.
*-Rara eſt adeò concordia formæ, Iuuen.10.
Atque pudicitiæ.-

## FORTITVDO.

*-Dicimus autem Idem 13.
Hos quoque felices,qui ferre incommoda vitæ,
Nec iactare iugum vita didicere magiſtra.
*-Fortiſsimus ille eſt, Lucan.7.
Qui promptus metuenda pati,ſi cominus inſtent.
*-Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum. Plaut. Rud.
*--Viuite fortes, Hor.2.Serm.2.
Fortiáque aduerſis opponite pectora rebus.
*Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam, Mart.11.
Fortiter ille facit,qui miſer eſſe poteſt.
*In re mala animo ſi bono vtare,adiuuat. Plaut.Capt.
*Bonus animus in mala re,dimidium eſt mali. in Pſeud.
*Nam ea ſtultitia eſt , facinus magnum timido cordi Ibidem.
credere: nam omnes
Res perinde ſunt,vt agas,vt eas magnifacias.

## PATIENTIA.

Perfer & obdura,dolor hic tibi proderit olim: Ouid.3. Am.10.
Sæpe tulit laſsis ſuccus amarus opem.
*Multa diúque tuli:vitijs patientia victa eſt. Ibidem.
*--Gaudet patientia duris. Lucan 9.
Quod fuit durum pati, Senec. Herc f.
Meminiſſe dulce eſt.
*Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum eſt: Ouid.Epiſt.5.
Quæ venit indignè pœna,dolenda venit.
*Durum,ſed leuius fit patientia, Hor.1. Car.24.
Quidquid corrigere eſt nefas.

Plaut. Aſin. *Fortiter malum qui patitur, idem poſt potitur bonum.
Manil. 4. *-Sors eſt ſua cuique ferenda.
Publ. Mim. *Cuiuſuis doloris remedium, eſt patientia.
Feras, non culpes, quod vitari non poteſt.
Furor fit læſa ſæpius patientia.
Prop. 2. 5. *Non ſolùm taurus ferit vncis cornibus hoſtem,
Verùm etiam inſtanti læſa repugnat ouis.

VINDICTA.

Iuuen. 13. *-Quippe minuti
Semper & infirmi eſt animi, exiguíque voluptas
Vltio. continuò ſic collige, quòd vindicta
Nemo magis gaudet, quàm fœmina.-
Ouid. 1. Am. *At tu ne dubita, minuet vindicta dolorem.
Sen. Herc. f. *-Sæpe vindicta obfuit.

METVS.

in Oedip. *-Qui pauet vanos metus,
Veros fatetur.-
Hor. 1. Ep. 16. *-Nam qui cupiet, metuet quoque: porrò
Qui metuens viuit, liber mihi non erit vnquam.
Claudian. *Eſt malus interpres rerum metus: omne trahebat
Augurium peiore via.
Senec. Thyeſt. *-Quos cogit metus
Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.
in Oed. *-Regna cuſtodit metus.
Ouid. Epiſt. 1. *-Vires ſubtrahit ipſe timor.
Mart. lib. 2. *Quòd ſi me tonſor, cùm ſtricta nouacula ſuprà eſt,
Tunc libertatem, diuitiáſque roget;
Promittam. nec enim rogat illo tempore tonſor,
Latro rogat: res eſt imperioſa timor.
Publ. Mim. *Stultum eſt timere quod vitari non poteſt.
Sen. Herc. f. *-Opprimit leges timor.

Pedibus

Ayuntamiento de Madrid

*-Pedibus timor addidit alas. Virg.8.Aen.
*Leue eſt miſeria: ferre, perferre graue. Senec. Thyeſt.
*Degeneres animos timor arguit. Virg 4.Aen.
*Prona eſt timori ſemper in pœnis fides. Senec.Hec.
*Quantum quiſque timet, tantum fugit. Petronius.
*Abſtulerat vires corporis ipſe timor. Ouid.Epiſt.

AVDACIA.

*Audentes Deus ipſe iuuat.- Ouid.10. Met.
*-In audaces non eſt audacia tuta. Ibidem.
*Tu ne cede malis: ſed contra audentior ito. &c. Virg.6.Aen.
*Audentes fortuna iuuat.- Idem 10. Aen.
*-Audentes forſque Venúſque iuuat. Ouid.2 Faſt.
*Audendum eſt. fortes adiuuat ipſa Venus. Tib.1.2.
-Fortes fortuna adiuuat. Ter.Phorm.
*Nunquam periculum ſine periculo vincitur. Publ.Mim.

TEMERITAS.

Animus vereri qui ſcit, ſcit tutò aggredi. Idem.

MISERIA.

Crede mihi, miſeros prudentia prima relinquit, Ouid.4.de Pont.
Et ſenſus cum re, conſiliúmque fugit.
*Miſer homo eſt qui ipſe ſibi quod edit quærit, & id ægrè inuenit: Plaut. Capt.
Sed ille eſt miſerior, qui ægrè quærit, & nihil inuenit:
Ille miſerrimus eſt, qui cùm eſſe cupit, quod edit non habet.
*Eſt miſerorum vt maleuolentes ſint, atque inuideant bonis. Ibidem.
*Crede mihi, miſeris cæleſtia numina parcunt, Ouid.3.Pont.
Nec ſemper læſos & ſine fine premunt.
*Quencunque miſerum videris, hominem ſcias. Senec.Hec.
*-Miſera mens incredula eſt. Idem.
*Proprium hoc miſeros ſequitur vitium, in Thyeſt.



Ayuntamiento de Madrid

Nunquam rebus credere lætis:
Redeat felix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.

In Herc. fur. -Quod nimis miſeri volunt,
Hoc facile credunt. --

in Troad. *Nemo ſe credit miſerum, licet ſit.

in Her. OEth. *Nunquam eſt ille miſer, cui facile eſt mori.

GAVDIVM.

Ouid. 7. Met. *Gaudia principium noſtri ſunt ſæpe doloris.

Mart. 1. *Gaudia non remeant, ſed fugitiua volant.

SPES.

Ouid. 1. Pont. 7. *Hæc dea, cùm fugerent ſceleratas numina terras,
In dijs inuiſa ſola remanſit humo.
Hæc facit vt viuat foſſor quoque compede vinctus,
Liberáque à ferro crura futura putet.
Hæc facit, vt, videat cùm terras vndique nullas,
Naufragus in medijs brachia iactet aquis.
Sæpe aliquem ſolers medicorum cura relinquit,
Nec ſpes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.

Ibidem. *Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arguit, iniecta continuítque manu.
Quidq; facis? lachrymis opus eſt, non ſanguine, dixit:
Sæpe per has flecti Principis ira ſolet.
Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris,
Magna tamen ſpes eſt in bonitate dei.

lib. 3. *Spem iuuat amplecti, quæ non iuuat irrita ſemper:
Et fieri cupias, ſi qua futura putes.
Proximus huic gradus eſt, bene deſperare ſalutem,
Séque ſemel vera ſciſſe periſſe fide.

Multa

Ayuntamiento de Madrid

*Multa præter ſpem ſcio multis bona eueniſſe. Plaut. Rud.
- Ego ſpem pretio non emo. Ter. Adel.
*Spes nulla rebus monſtrat afflictis viam. Senec. Med.
Qui nil poteſt ſperare, deſperat nihil.
*Spes igitur menti pœnæ Græcine leuandæ Ouid. 1. Pont. 7.
Non eſt ex toto nulla relicta meæ.
*Flebile principium melior fortuna ſequuta eſt. 7. Metam.
*Iam mala finiſſem letho: ſed credula vitam Tib. 2. 6.
Spes fouet, &, melius cras fore, ſemper ait.
Spes alit agricolas: ſpes ſulcis credit aratris
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine piſces,
Cum tenues hamos abdidit arte cibus.
Spes etiam valida ſolatur compede vinctum;
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

## CONSOLATIO.

*Venit poſt multas vna ſerena dies. Idem 3. 6.
*Temporis officium eſt ſolatia dicere certi, Ouid. 4. Pont.
Dum dolor in curſu eſt, dum petit æger opem.
At cùm longa dies ſedauit vulnera mentis,
Intempeſtiuè qui monet, illa mouet.
*Crede mihi, miſeris cæleſtia numina parcunt, 3. Pont.
Nec ſemper læſos & ſine fine premunt.
*Nec fera tempeſtas toto tamen errat in anno, 1. Faſt.
Et tibi crede mihi, tempora veris erunt.
*Nulla dies adeò eſt auſtralibus humida nimbis, 4. Pont. 4.
Non intermiſſis vt fluat imber aquis.
Nec ſterilis locus vllus ita eſt, vt non ſit in illo
Mixta ferè duris vtilis herba rubis.
Nil adeo fortuna grauis miſerabile fecit,
Vt minuant nulla gaudia parte malum.



Ayuntamiento de Madrid

## DESPERATIO.

Virg.2.Aen. *Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.
Senec. Med. *Qui nil poteſt ſperare, deſperet nihil.
Ouid.2.Pont. *Qui rapitur ſatis, quid præter fata requirit?
Porrigit ad ſpinas, duráque ſaxa manus.
Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos feſſa venire ſinus.
Nec ſe vicino dubitat committere tecto,
Quæ fugit infeſtos territa cerua canes.

## INSPERATA.

Cat.Epig.101. *Si quicquid cupidóque, optantíque obtigit vnquam
Inſperanti, hoc eſt gratum animo propriè.
Plaut. Moſt. *Inſperata accidunt magis ſæpe, quàm quæ ſperes.

## CELERITAS, ET præcipitatio.

Publ. Mim. Ad pænitendum properat, citò qui iudicat.
Ouid.3.Triſt. *Quamlibet ignaui, præcipitata premunt.

## MORA.

Remed 1. Dum licet, & modici tangunt præcordia motus,
Si piget, in primo limine ſiſte pedem.
Opprime, dum noua ſunt, ſubiti mala ſemina morbi,
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.
Nam mora dat vires, teneras mora percoquit vuas:
Et validas ſegetes, quæ fuit herba, facit.
Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus vmbras,
Quo poſita eſt primùm tempore, virga fuit:
Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli,
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.
Ibidem. *Principijs obſta: ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas conualuere moras.
Sed propera, nec te venturas differ in horas:
Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.

*Vidi

Ayuntamiento de Madrid

*Vidi ego, quod fuerat primò ſanabile vulnus, Ibidem.
Dilatum longæ damna tuliſſe moræ.
*Cùm mora non tuta eſt, totis incumbere remis 2.Art.
Vtile, & admiſſo ſubdere calcar equo.
*Quod ratio nequit ſæpe ſanauit mora. Senec. Agam.
*Pelle moras: breuis eſt magni fortuna fauoris. Silius 4.
*Longa mora eſt, nobis quæ gaudia differt. Ouid.epiſt.18.
*Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis. Lucan.1.
*Cras hoc fiet. idem cras fiet. quid, quaſi magnum, Perſ.5.
Nempe diem, donas? ſed cùm lux altera venit,
Iam cras heſternum conſumpſimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos, & ſemper paulum erit vltrà.
*-Alitur vitium, viuitque tegendo. Virg.3.Georg.
*Continuò culpam ferro compeſce prius quàm Ibidem.
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.
*Elleborum fruſtrà, cùm iam cutis ægra tumeſcit, Perſ.3.
Poſcenteis videas: venienti occurrite morbo.
*Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit. Ouid.11.Met.
Dum ſupereſt aliquid, cuncti coëamus ad arma.
*Serum eſt cauendi tempus in medijs malis. Senec.Thyeſt.
*Differ: habent paruæ commoda magna moræ. Ouid.Faſt.3.
*Fames & mora bilem in naſum conciunt. Plaut. Amph.
*-Mora ſæpe malorum Dat cauſas.- Manil.4.
*Mora omnis odio eſt, facit ſapientiam. Publ. Mim.
*Tunc decuit ſentire nefas, tunc ire recentes Claud.2. Eutr.
Detriſum maculas: veteri poſt obruta morbo
Corpora, Pæonias nequicquam admoueris herbas,
Vlcera poſſeſsis altè ſuffuſa medullis
Non leuiore manu, ferro ſanantur & igni.

BONA FAMA.

*Bona opinio homini tutior pecunia eſt. Publ.Mim.
Honeſtus rumor, alterum eſt patrimonium.



Ayuntamiento de Madrid

Ouid.1.Faſt. *Et memorem famam, qui bene geſſit, habet.
Plaut. Moſt. *Ego, ſi bonam famam mihi ſeruaſſo, ſat ero diues.

FAMA.

Ouid.1.Faſt. *Fama manet facti: poſito velamine currunt.
Sil.Ital. *Vera ac ficta ſimul ſpargebat fama per vrbem.
Hor.1.Ser.2. *Fama malum grauius, quàm res trahit. an tibi abunde
Perſonam ſatis eſt, non illud, quidquid vbique
Officit, euitare? bonam deperdere famam, &c.

Deſcriptio famę, ex 12.Me.Ouid.
Orbe locus medio eſt inter terráſque fretúmque,
Cæleſtéſque plagas, triplicis confinia mundi:
Vnde quod eſt vſquam, quamuis regionibus abſit,
Inſpicitur, penetrátque cauas vox omnis ad aures.
Fama tenet, ſummáque domum ſibi legit in arce,
Innumeróſque aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte diéque patet: tota eſt ex ære ſonanti,
Tota fremit, vocéſque refert, iterátque quod audit.
Nulla quies intus, nulláque ſilentia parte.
Nec tamen eſt clamor, ſed paruæ murmura vocis,
Qualia de pelagi ſi quis procul audiat vndis,
Eſſe ſolent: qualémue ſonum cùm Iupiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, eúntque,
Mixtáque cum veris paſſim commenta vagantur
Millia rumorum, confuſáque verba volutant.
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures,
Hi narrata ferunt aliò, menſuráque ficti
Creſcit, & auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Illic Credulitas, illic temerarius Error,
Vanáque lætitia eſt conſternatíque Timores,
Seditióque recens, dubióque auctore ſuſurri.
Ipſa quid in cælo rerum, pelagóque geratur,



Ayuntamiento de Madrid

Et tellure videt, totúmque inquirit in orbem.
*Fama, malum, quo non aliud velocius vllum, Virg.4.Aen.
Mobilitate viget, viréſque acquirit eundo.
Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingreditúrque ſolo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata deorum
Extremam (vt perhibent,) Cœo, Enceladóq; ſororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis.
Monſtrũ horrendũ, ingẽs; cui, quot ſunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi, ſubter, (mirabile dictu,)
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.
Nocte volat cæli medio, terræque per vmbram,
Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno.
Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes,
Tam ficti, prauíque tenax, quàm nuntia veri.
-Fama loquax, quæ veris addere falſa Ouid.9.Metam.
Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.

INFAMIA.

*--Hominum immortalis eſt infamia: Plaut. Perſ.
Etiam tum viuit, cùm eſſe credas mortuam.
*-Si ad paupertatem admigrant infamiæ, Ibidem.
Grauior paupertas fit, fides ſubleſtior.

LAVS.

*Excitat auditor ſtudium, laudatáque virtus Ouid.3.Pont.
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.
*Laus vera & humili ſæpe contingit viro. Senec.Thyeſt.
*-Sed te cenſeri laude tuorum Iuuen.8.
Pontice noluerim, ſi tu nihil ipſe future
Laudis agas. miſerum eſt aliorum incumbere famæ.
*Principibus placuiſſe viris, non vltima laus eſt. Hor.1.Epiſt.17.
*Laudatas homini volucris Iunonia pennas Ouid.Med.fac.

Expli-

Ayuntamiento de Madrid

*Explicat, & forma muta ſuperbit auis.*
Ouid.3.Pont. **Occidit & Theſeus, & qui comitauit Oreſtem:*
*Sed tamen in laudes viuit vterque ſuas.*

GLORIA.

Iuuen.10. *-Patriam tamen obruit olim*
*Gloria paucorum, & laudis, tituliſque cupido.*
Ouid.5.Triſt. **Denique non paruas animo dat gloria vires,*
*Et fæcunda facit pectora laudis amor.*
Prop.4.11. **Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires:*
*Non iuuat ex facili lecta corona iugo.*
Ouid. ad Liu. **Facta ducis viuent, operoſáque gloria rerum:*
*Hæc manet, hæc auidos effugit vna rogos.*
4. Triſt. **Ardua per præceps gloria vadit iter.*

HONOR.

Auſon.Solon. **Non erunt honores vnquam fortuiti muneris.*
Ouid.3 Amo.7. **Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores:*
*Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.*

SOMNVS.

Deſcriptio ſomni, eiuſq; regiæ ex 11.Met.Ouid. **Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu*
*Mons cauus, ignaui domus & penetralia ſomni:*
*Quò nunquam radijs oriens, mediuſue, cadénſue*
*Phœbus adire poteſt: nebulæ caligine mixtæ*
*Exhalantur humo, dubiæque crepuſcula lucis.*
*Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris*
*Euocat Auroram, nec voce ſilentia rumpunt*
*Sollicitiue canes, canibúſue ſagacior anſer:*
*Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,*
*Humanæue ſonum reddunt conuitia linguæ.*
*Muta quies habitat, ſaxo tamen exit ab imo*
*Riuus aquæ Lethes, per quem cum murmure labens*
*Inuitat ſomnos crepitantibus vnda lapillis.*
*Ante fores antri fecunda papauera florent,*
*Innu-*

Ayuntamiento de Madrid

Innumeræqúe herbæ, quarum de lacte ſoporem
Nox legit, & ſpargit per opacas humida terras.
Ianua, ne verſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo tota eſt: cuſtos in limine nullus:
At medio thorus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipſe deus membris languore ſolutis.
Hunc circa paſſim varias imitantia formas
Somnia vana iacent, totidem quot meſſis ariſtas,
Silua gerit frondes, eiectat litus arenas.
*Stulte, quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago? 2 Amorum.
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.
*Non bonus ſomnus eſt de prandio. Plaut. Moſt.
*-Somnus agreſtium Hor. 3. Car. 1.
Lenis virorum non humiles domos
Faſtidit.-
*Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno, Claud. præf. in 6 conſ. Hon.
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa thoro cùm membra reponit,
Mens tamen ad ſiluas, & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanáque nocturnis meta cauetur equis.
Gaudet amans furto, permutat nauita merces,
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
Blandaqúe largitur fruſtrà ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fronte ſopor.
Me quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſſiduis ſollicitare ſolet.
*Somnia fallaci ludunt temeraria nocte, Tib. 3. 4.
Et pauidas mentes falſa timere iubent.
At natum in curas hominum genus, omnia noctis
Farre pio placant, & ſaliente ſale.

QVIES.

Ayuntamiento de Madrid

### QVIES.

Senec.Oct. *Quæcunque mentis agitat infeſtus vigor,
Ea per quietem ſacer, & arcanus refert,
Velóxque ſenſus.
in Herc. fur. -Nouit paucos
Secura quies.-
in Oedip. *Ab inquieto ſæpe ſimulatur quies.
Ouid. Epiſt. *Quod caret alterna requie, durabile non eſt.
Senec.Herc.f. *-Túque ô domitor
Somne malorum, requies animi,
Pars humanæ melior vitæ.
in Agam. *Non curarum ſomnus domitor
Pectora ſoluit.-

### PRINCIPIVM.

Ouid.1. Faſt. *Omina principijs, inquit, ineſſe ſolent.
1.Remed. *Sed tamen eſt artis triſtiſsima ianua noſtræ,
Et labor eſt vnus tempora prima pati.
Aſpicis vt prenſos vrant iuga prima iuuencos,
Vt noua velocem cingula lædat equum?
Hor.1. Epiſt.2. *Dimidium facti, qui cœpit, habet.
Auſo. Epig. *Incipe, dimidium facti eſt cœpiſſe: ſuperſit
Dimidium, rurſum hoc incipe, & efficies.
Idem Monoſ. *Incipe quicquid agas, pro toto eſt prima operis pars.

### EXITVS.

Ouid.2.Epiſt. Exitus acta probat. careat ſucceſsibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.
12.Metam. *Exitus in dubio eſt.

### TEMPVS.

Deſcriptio ſedis tẽporis, ex Claudian. in Stilic. Pan.2.
Eſt ignota procul, noſtræquè imperuia menti,
Vix adeunda deis, annorum ſqualida mater
Immenſi ſpelunca æui quæ tempora vaſto
Suppeditat reuocátque ſinu. complectitur antrum.

Omnia

Ayuntamiento de Madrid

*Omnia qui placido conſumit numine ſerpens,*
*Perpetuúmque viret ſquamis, caudámque reducto*
*Ore vorat, tacito relegens exordia lapſu.*
*Veſtibuli cuſtos vultu longæua decoro,*
*Ante fores Natura ſedet, cunctiſque volantes*
*Dependent membris animæ: manſura verendus*
*Scribit iura ſenex numeros qui diuidit aſtris:*
*Et curſus, ſtabiléſque moras, quibus omnia viuunt*
*Ac pereunt, fixis cum legibus ille recenſet:*
*Incertum quid Martis iter, certúmque tonantis*
*Proficiat mundo; quid velox ſemita Lunæ,*
*Pigráque Saturni; quantùm Cytherea ſereno*
*Curriculo, Phœbíque comes Cyllenius erret.*
**Nullum ad nocendum tempus anguſtum eſt malis.* Senec. Med.
**Læta ferè lætus cecini, cano triſtia triſtis:* Ouid. 3. Pont.
*Conueniens operi tempus vtrunque ſuo eſt.*
Tempus edax rerum, quo nil eſt velocius.
**Labitur occultè, fallítque volatilis ætas,* Ouid. 10. Metam.
*Et nihil eſt annis velocius.-*
**-Sic tempora verti* 15. Met.
*Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes,*
*Concidere has.-*
**Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci:* 3. Art.
*Tempore lenta pati fræna docentur equi.*
**Quinetiam accendas vitia, irritéſque vetando,* 1. Remed.
*Temporibus ſi non aggrediare ſuis.*
*-Nihil eſt toto quod perſtet in orbe.* 15. Metam.
*Cuncta fluunt, omníſque vagans formatur imago:*
*Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu,*
*Non ſecus ac flumen: neque enim conſiſtere flumen,*
*Nec leuis hora poteſt: ſed vt vnda impellitur vnda,*
*Vrgetúrque prior veniente, vrgétque priorem:*

Tem-

Ayuntamiento de Madrid

Tempora ſic fugiunt pariter pariterque ſequuntur,
Et noua ſunt ſemper: nam quod fuit ante relictum eſt,
Fitque quod haud fuerat: momentáq; cuncta nouantur.
Ibidem. *Tempus edax rerum, túque inuidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis: vitiataque dentibus æui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.
6. Faſt. *Tempora labuntur, tacitíſque ſeneſcimus annis,
Et fugiunt fræno non remorante dies.
4. Pont. *Tabida conſumit ferrum lapidémque vetuſtas,
Nulláque res maius tempore robur habet.
2. Art. *Dum vires anníque ſinunt, tolerate labores;
Iam veniet tacito curua ſenecta pede.
3. Art. *Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ,
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Dum licet, & veros etiam nunc editis annos,
Diſcite: eunt anni more fluentis aquæ.
Nec quæ præterijt, curſu reuocabitur vnda:
Nec quæ præterijt hora, redire poteſt.
Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas,
Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit.
1. Amor. *Labitur occulte, fallítque volatilis ætas,
Et celer admiſſis labitur annus equis.
Mart. 9. *Quid non longa dies, quid non conſumitis anni?
Ouid. 4. Triſt. *Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri,
Præbet & incuruo colla premenda iugo.
Tempore paret equus lentis animoſus habenis:
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pœnorum compeſcitur ira leonum;
Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet.
Quæque ſui iuſsis obtemperat Inda magiſtri
Bellua, ſeruitium tempore victa ſubit.
Tempus vt extentis tumeat facit vua racemis,
Vixque

Ayuntamiento de Madrid

Vſque merum capiant grana, quod intus habent.
Tempus & in canas ſemen perducit ariſtas,
Et ne ſint triſti poma ſapore facit.
Hoc dentem tenuat terram findentis aratri,
Hoc rigidos ſilices, hoc adamanta terit.
Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras,
Hoc minuit luctus, mæſtáque corda leuat.
Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa vetuſtas,
Præterquam curas attenuare meas.
*Venit ad pigros cana ſenectus. Sen.Herc.f.
—*Sed iam felicior ætas Ouid.14.Met.
Terga dedit, tremulóque gradu venit ægra ſenectus.
*Venit enim properata malis inopina ſenectus. Boeth.1.1.
*Non præmaturi cineres, nec funus acerbum Iuuen.11.
Luxuriæ, ſed morte magis metuenda ſenectus.
*Damnoſa quid non imminuit dies? Hor.3.Car.6.
Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.
*Quicquid ſub terra eſt in apricum proferet ætas. 1.Ep.6.
*Singula de nobis anni prædantur euntes: 2.Ep.2.
Eripuere iocos, venerem, conuiuia, ludum.
—Feſtinat enim decurrere velox Iuuen.9.
Floſculus anguſtæ, miſeræque breuiſſima vitæ
Portio: dum bibimus, dum ſerta, vnguenta, puellas
Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.
*Scilicet exiguis prodeſt annoſa vetuſtas: Oui.5.Tri.
Grandibus accedunt tempore damna malis.
*Dies adimit ægritudinem hominibus. Terent.in He.
*Longa dies homini docuit parêre leones: Tib.1.4.
Longa dies molli ſaxa peredit aqua.
Annus in apricis maturat collibus vuas,



Ayuntamiento de Madrid

Annus agit certa lucida ſigna vice.

Ibidem. *At ſi tardus eris, errabis: tranſiet ætas,
Quàm citò non ſegnis ſtat, remeátque dies:
Quàm citò purpureos deperdit terra colores,
Quàm citò formoſas populus alta comas:
Quàm iacet, infirmæ venêre vbi fata ſenectæ,
Qui prior Elæo eſt carcere miſſus, equus.
Vidi iam iuuenem, premeret cùm ſerior ætas,
Mærentem ſtultos prætèrijſſe dies.

1.8. *At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Vtere, non tardo labitur illa pede.

Ouid.5 Faſt. *-Sed longa vetuſtas
Deſtruit, & ſaxo longa ſenecta nocet.

AETAS.

Plaut. Amph. *Nam in hominum ætate multa eueniunt huiuſmodi:
Capiunt voluptates, capiunt rurſum miſerias:
Iræ interueniunt, redeunt rurſus in gratiam.

Idem Men. *Vt ætas mala, merx eſt tergo'

Virg. Ecl.9. *Omnia fert ætas, animum quoque.

Ouid.Met.14. *-Sed iam felicior ætas
Terga dedit, tremulóque gradu venit ægra ſenectus.

3. Art. *Vtendum eſt ætate; cito pede labitur ætas.

Lucret.2. *Inde vbi robuſtis adoleuit viribus ætas,
Conſilium quoque maius, & auctior eſt animi vis.

Hor.Sat.10. *-Quid craſtina volueret ætas,
Scire nefas homini.-

Plaut.Triu. *Sapientiæ ætas condimentũ eſt ſapiens ætati cibus eſt.

AEVVM.

Hor.2.Ser.6. *Viue memor, quàm ſis æui breuis -

1.Ep.18. *Inter cuncta leges, & percontabere doctos;
Qua ratione queas traducere leniter æuum.

Sen.Hipp. *Aetate fruere, mobili curſu fugit.

AETA-

Ayuntamiento de Madrid

AETATVM DISCRIMINA.

Diuerſos diuerſa iuuant: non omnibus annis — Corn.Gal.1.
 Omnia conueniunt: res prius apta, nocet.
Exultat leuitate puer, grauitate ſenectus:
 Inter vtrunque manens ſtat iuuenile decus.
Hunc tacitum, triſtémque decet: fit clarior ille
 Lætitia, & linguæ garrulitate ſuæ.
Cuncta trahit ſecum, vertítque volubile tempus,
 Nec patitur certa currere quenque via.

AETATES HOMINVM.

*Quid? non in ſpecies ſecedere quattuor annum — Oui in Meta. lib.15.
Aſpicis, ætatis peragentem imitamina noſtræ?
 Nam tener & lactens, puerique ſimillimus æuo, — Pueritia.
Vere nouo eſt: tunc herba recens, & roboris expers
Turget, & inſolida eſt, & ſpe delectat agreſtes.
Omnia tum florent, florúmque coloribus almus
Ludit ager, neque adhuc virtus in frondibus vlla eſt.
 Tranſit in æſtatem poſt ver, robuſtior annus, — Iuuentus.
Fítque valens iuuenis: neque enim robuſtior ætas
Vlla, nec vberior; nec quæ magis ardeat, vlla eſt.
 Excipit Autumnus poſito feruore iuuentæ — Aetas virilis.
Maturus, mitíſque, inter iuuenémque, ſenémque,
Temperie medius: ſparſus quoque tempora canis.
 Inde ſenilis hiems tremulo venit, horrida paſſu, — Senectus.
Aut ſpoliata ſuos, aut quos habet alba capillos.
*Reddere qui voces iam ſcit puer; & pede certo — Hor Art.
Signat humum, geſtit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas.
 Imberbis iuuenis, tandem cuſtode remoto, — Iuuentus.
Gaudet equis, canibúſque, & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,



Ayuntamiento de Madrid

*Sublimis, cupidúſque, & amata relinquere pernix.*
Aetas virilis. *Conuerſis ſtudijs ætas, animúſque virilis*
*Quærit opes, & amicitias, inſeruit honori;*
*Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.*
Senectus. *Multa ſenem circumueniunt incommoda, vel quòd*
*Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet vti:*
*Vel quòd res omnes timidè, gelidéque miniſtrat*
*Dilator, ſpe longus, iners, auidúſque futuri,*
*Difficilis, querulus, laudator temporis acti*
*Se puero, cenſor, caſtigatórque minorum.*
2.Ep.2. *-*Nunc adbibe puro*
*Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.*
*Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem*
*Teſta diu.-*
Cor.Gal.1. **Tu me ſola tibi ſubdis miſeranda ſenectus,*
*Cui cedit quicquid vincere cuncta poteſt.*
*In te corruimus: tua ſunt quæcunque fatiſcunt:*
*Vltima quæque tuo conficis ipſa malo.*
Ibidem. **Turpe ſeni vultus nitidi, veſtéſque decoræ,*
*Atque etiam eſt ipſum viuere turpe ſenem.*
*Crimen amare iocos, crimen conuiuia, cantus.*
*O miſeri quorum gaudia crimen habent.*
Ibidem. **Stat dubius, tremulúſque ſenex ſempérque malorum*
*Credulus, & ſtultus, quæ facit ipſe, timet.*
*Laudat præteritos, præſentes deſpicit annos:*
*Hoc tantùm rectum, quod facit ipſe, putat.*
*Se ſolùm doctum, ſe iudicat eſſe peritum,*
*Et quòd ſit ſapiens, deſipit inde magis.*
*Multa licèt nobis referens, eadémque reuoluens*
*Horret, & alloquium conſpuit ipſe ſuum.*
*Deficit auditor, non deficit ipſe loquendo.*
*O ſola fortes garrulitate ſenes!*

Omnia

Ayuntamiento de Madrid

*Omnia nequicquam clamoſis vocibus implet.*
*Nil ſatis eſt, horret, quæ placuere modo.*
*Arridet de ſe ridentibus, ac ſibi plaudens,*
*Incipit opprobrio lætior eſſe ſuo.*
*Hæ ſunt primitiæ mortis: his partibus ætas*
*Defluit, & pigris greſſibus ima petit.*
*Non habitus, non ipſe color, non greſſus euntis,*
*Non ſpecies eadem, quæ fuit antè, manet.*
*Labitur ex humeris, demiſſo corpore veſtis,*
*Quæque breuis fuerat, iam modo longa mihi eſt.*
*Contrahimur, miróque modo decreſcimus ipſi;*
*Diminui noſtri corporis oſſa putes.*
*Nec cælum ſpectare licet: ſed prona ſenectus*
*Terram, à qua genita eſt, & reditura, videt.*
*Fítque tripes, prorſus quadrupes, vt paruulus infans,*
*Et per ſordentem flebile ſerpit humum.*
*Ortus cuncta ſuos repetunt, matrémque requirunt,*
*Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.*
*Hinc eſt quod baculo incumbens ruitura ſenectus*
*Aſſiduo pigram verbere pulſat humum.*
*Et numeroſa mouens certo veſtigia paſſu,*
*Talia rugato creditur ore loqui.*
*Suſcipe me genitrix, nati miſerere laborum,*
*Membra velis gremio feſſa fouere tuo.*
*Sed quam continuis, & quantis longa ſenectus* Iuuen.10.
*Plena malis: deformem, & tetrum ante omnia vultũ,*
*Diſsimilémque ſui, deformem pro cute pellem,*
*Pendenteiſque genas, & taleis aſpice rugas,*
*Qualeis vmbriferos vbi pandit Tabraca ſaltus,*
*In vetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.*
*Plurima ſunt iuuenum diſcrimina: pulchrior ille*
*Hoc, atque ille alio: multùm hic robuſtior illo.*

Vna ſenum facies, cum voce trementia labra,
Et iam læue caput, madidíque infantia naſi.
Frangendus miſero gingiua panis inermi.
Vſque adeò grauis vxori, natíſque, ſibíque,
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo. &c.
Præterea minimus gelido iam corpore ſanguis
Febre calet ſola: circumſilit agmine facto
Morborum omne genus.-

Ter.Adelph. *Ad omnia alia ætate ſapimus rectius:
Solum vnum hoc vitium affert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt.

in Phor. *Senectus ipſa morbus eſt.-

Publ.Mim. *Fruſtra, cùm ad ſenectam ventum eſt, repetes adoleſcentiam.

Virg.9.Aen. *-Tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutátque vigorem.

Ouid.9.Met. *Iura ſenes norint, & quid liceátque, nefáſque,
Fáſque ſit inquirant, legúmque examina ſeruent.

5.Faſt. *-Iuuenilibus annis
Luxuriant animi, corporáque ipſa vigent.

Ouid.Meta. *Membra iuuant baculis, tardíque ſenilibus annis.

Titus Cal. *Aſpicis, vt nobis iamdudum mille querelas
Adferat, & baculum premat inclinata ſenectus.

Senec.Herc. *Iners ſenectus adiuuat baculo gradus.

SENES VENERANDI.

Ouid.5.Faſt. *Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat.
Martis opus iuuenes, animoſáque bella gerebant,
Et pro dijs aderant in ſtatione ſuis.
Viribus illa minor, nec habendis vtilis armis,
Conſilio patriæ ſæpe ferebat opem.
Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſeros,

Nomen

Ayuntamiento de Madrid

*Nomen & ætatis mite ſenatus habet.*
*Iura dabat populo ſenior: finitáque certis*
*Legibus eſt ætas, unde petatur honos.*
*Et medius iuuenum non indignantibus ipſis*
*Ibat, & interior ſi comes vnus erat.*
*Verba quis auderet coram ſene digna rubore*
*Dicere? Cenſuram longa ſenecta dabat.*
**Adde quòd eſt ſenibus rerum prudentia maior:* 2. Art.
*Solus & artifices qui facit, vſus adeſt.*
**-Nanque omnia grandior ætas* 6.Metam.
*Quæ fugiamus habet: ſeris venit vſus ab annis.*
**Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,* Iuuen.13.
*Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, &, ſi*
*Barbato cuicunque puer, licet ipſe videret*
*Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.*
*Tam venerabile erat præcedere quattuor annis,*
*Primáque par adeò ſacræ lanugo ſenectæ.*
**Sit grauitas, ſitque ipſa tibi veneranda ſenectus:* Cor.Gal.2.
*Sit quòd te noſti viuere velle diu.*

PAEDAGOGIA.

LY. *Nunc experiar ſitne acetū tibi cor acre in pectore.* Plaut.Bach.3.3.
*Sequere.* PH. *Quò ſequar? quò ducis nunc me?*
LY. *ad illam, quæ tuum*
*Perdidit, peſſundedit tibi filium vni vnicum.*
PH. *Eia Lyde, leniter qui ſæuiunt, ſapiunt magis.*
*Minus mirandum eſt, illæc ætas ſi quid illorum facit,*
*Quam ſi nō faciat: feci ego iſtæc itidē in adoleſcentia.*
LY. *Hei mihi! hei mihi! iſtæc illū perdidit aſſentatio:*
*Nam abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum,*
*Nunc proper te tuámque prauos factus eſt fiduciam.*
*P. *Pauliſper Lyde lubido'ſt homini, ſuo animo obſequi.* Ibidem.

Iam aderit tẽpus, cùm ſeſe etiam ipſe oderit. morẽ geras
Dum caueatur, præter æquum ne quid delinquat, ſine.
LY. Non ſino, neque equidem illum me viuo corrumpi ſinam.
Sed tu, qui tam pro corrupto cauſſam dicis filio,
Eadémne erat hæc diſciplina quom tu adoleſcens eras?
Nego tibi hoc annis viginti fuiſſe primis copiæ,
Digitum longè à pædagogo pedem vt efferres ex ædibus.
Ante ſolem exorientem niſi in palæſtram veneras,
Gymnaſij præfecto haud medíocreis pœnas penderes.
Id quoi obtigerat, hoc etiam ad malum arceſſebatur malum,
Et diſcipulus, & magiſter perhibebantur improbi.
Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila,
Saliendo ſeſe exercebant magis, quàm ſcorto, aut ſauijs:
Ibi ſuam ætatem extendebant, non in latebroſis locis.
Inde de hippodromo, & palæſtra, vbi reueniſſes domũ,
Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrũ aſsideres:
Tum librum legeres. ſi vnam peccauiſſes ſyllabam,
Fieret corium tam maculoſum, quàm eſt nutricis palliũ.
PH. Alij Lyde nunc mores. LY. Id equidem certò ſcio:
Nam olim populi priùs honorem capiebat ſuffragio,
Quàm magiſtri deſinebat eſſe dicto obediens.
At nunc priuſquam ſeptuennis eſt, ſi attingas eũ manu,
Extemplò puer pædagogo tabula dirumpit caput.
Cùm patrem adeas poſtulatum, puero ſic dicit pater:
Noſter eſto, dum te poteris defenſare iniuria.
Prouocatur pædagogus, eho ſenex minimi pretij,
Ne attigas puerum iſta cauſa, quando fecit ſtrenuè.
It magiſter quaſi lucerna expretus vncto linteo.
Itur illinc iure dicto, hóccine hic pacto poteſt
Inhibere imperium magiſter, ſi ipſus primus vapulet?

FORMA.

Ayuntamiento de Madrid

## FORMA.

Faſtus ineſt pulchris, ſequitúrque ſuperbia formam. Ouid.1.Faſt.
*Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentes: Epiſt.9.
Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.
*Sed quamuis formæ nunquam mihi fama petita eſt; Met.5.
Quamuis fortis eram; formoſæ nomen habebam.
*Forma bonum fragile eſt. quantúmq; accedit ad annos, 2.Art.
Fit minor: & ſpatio carpitur ipſa ſuo.
Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent,
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam venient cani, formoſe, capilli:
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Iam molire animum qui duret: & aſtrue formam:
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit: & linguas edidiciſſe duas.
*Anceps forma bonum mortalibus, Sene.in Hipp.
Exigui donum breue temporis,
Vt velox celeri pede laberis!
*Res eſt forma fugax- Ibid.
*Raris forma viris (ſæcula proſpice) Ibid.
Impunita fuit.-
*Iſta decens facies longis vitiabitur annis, Oui.4.Triſt.
Rugáque in antiqua fronte ſenilis erit.
Iniiciétque manus formæ damnoſa ſenectus,
Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.
*Quam citò, me miſerum, laxantur corpora rugis! 3.Art.
Et perit, in nitido, qui fuit ore, color!
*Magno cum periculo cuſtoditur, quod multis placet. Pub.Mi.
-Rara eſt adeò concordia formæ, Iuuen.10.
Atque pudicitiæ.-
*Nec forma æternum, aut cuiquam eſt fortuna perennis, Prop.2.29.



Ayuntamiento de Madrid

Longius, aut propius mors ſua quenque manet.

VSV OMNIA CONSVMI.

Ouid.1. Art. *Ferreus aſſiduo conſumitur annulus vſu:
Interit aſſidua vomer aduncus humo.
Quid magis eſt durum ſaxo? quid mollius vnda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.

Pont.4. 8. *Tabida conſumit ferrum lapidémque vetuſtas,
Nulláque res maius tempore robur habet.

4.Pont. *Gutta cauat lapidem, conſumitur annulus vſu,
Et teritur preſſa vomer aduncus humo.

Lucret.1. *Quin etiam multis ſolis redeuntibus annis,
Annulus in digito ſubtertenuatur habendo;
Stillicidi caſus lapidem cauat: vncus aratri
Ferreus occulte decreſcit vomer in aruis.

Prop.2.25. *Sed tamen obſcura teritur rubigine mucro
Ferreus, & paruo ſæpe liquore ſilex.

VSVM RERVM PRODESSE, negligentiam obeſſe.

Ouid.1.Amo. *Aera nitent vſu: veſtis bona quærit haberi,
Caneſcunt turpi tecta relicta ſitu.

VETERA, ET VETVSTATE QVAEdam commendari ac inclareſcere.

Prop.3.1. *Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas:
Maius ab exequijs nomen in ora venit.

Ouid.4.Pont. *Scripta placent à morte quidem: quia lædere viuos
Liuor & inuiſo carpere dente ſolet.

Martial.5.10. *Eſſe quid hoc dicam, viuis quod fama negatur,
Et ſua quòd rarus tempora lector amat?
Hi ſunt inuidiæ nimirum, regule, mores:
Præferat antiquos ſemper vt illa nouis.

NOVA.

Ouid.3.Pont. Eſt quoque cunctarum nouitas gratiſſima rerum:

Gratiáque

Ayuntamiento de Madrid

Gratiáque officio, quod mora tardat, abeſt.
*Euentus varios res noua ſemper habet. Corn.Gal.2.
*Vilia ſunt nobis quæcunque prioribus annis Lucret.
Vidimus, & ſordet quicquid ſpectauimus olim.

## OCCASIO ET TEMPVS ſpectandum.

Temporibus medicina valet: data tempore proſunt; Ouid.1.Rem.
Et data non apto tempore, vina nocent.
*Scit bene venator, ceruis vbi retia tendat: 1.Art.
Scit bene, qua frendens valle moretur aper.
Aucupibus noti frutices: qui ſuſtinet hamos
Nouit, quæ multo piſce natentur aquæ.
*Virtus eſt, vbi occaſio admonet, diſpicere. Plaut.Perſ.
*Cuius opus? Phidiæ, qui ſignum Pallados, eius Auſo.Epig.
Quíque Iouem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum dea, quæ rara, & paucis Occaſio nota.
Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris ſum: Mercurius quæ
Fortunare ſolet, tardo ego, cùm volui.
Crine tegis faciem. cognoſci nolo. ſed heus tu
Occipiti caluo es. ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi. dic rogo, quæ ſis.
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum dea, quæ facti, non factíque exigo pœnas:
Nempe vt pæniteat, ſic Metanœa vocor.
Tu modò dic quid agat tecum? ſi quando volaui,
Hæc manet: hanc retinent quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapſam dices me tibi de manibus.
*Si opulentus it petitum pauperioris gratiam, Plaut.Aulu.
Pauper metuit congredi, ac per metum malè rem gerit.
Idem quando illæc occaſio perit, pòſt ſerò cupit.

COM-

Ayuntamiento de Madrid

CONTAGIO.

Ouid.2.Art. *Dum ſpectant læſos, oculi læduntur & ipſi,
Multáque corporibus tranſitione nocent.
Iuuen.2. *-Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci,
Vuáque conſpecta liuorem ducit ab vua.
Ouid.2.Rem. *Siquis amas, nec vis; facito contagia vites:
Hæc etiam pecori ſæpe nocere ſolent.
Paul.Auſon. *Quiſquis agit purus ſceleris vitam inter iniquos,
Nulla ab inhumano morum contagia ducit
Hoſpite.-

VICINITAS.

Hor.1.Ep.18. *Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet,
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.
Senec.Hipp. -*Metuens cœlo
Iupiter alto vicina petit.
Plaut.Mer. *Nunc ego verum illud verbum eſſe experior vetus,
Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.

MEDICINA.

Ouid.1.Pont. Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger:
Interdum docta plus valet arte malum.
Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,
Sanabit nulla vulnera cordis ope.
Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoque interdum nulla medicabilis arte.
Aut ſi ſit, longa eſt attenuanda mora.
Hor.2.Ep.1. *Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.
Senec.in Oed. *Vbi turpis eſt medicina, ſanari piget.
Prop.2.1. *Omnes humanos ſanat medicina dolores:
Solus amor morbi non amat artificem.



Ayuntamiento de Madrid

*Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus — Ouid.1.Metam.
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.
*Eripit interdum, modò dat medicina ſalutem: — Triſt.2.
Quæqúe iuuet monſtrat, quæqúe ſit herba nocens.
*Mala eſt medicina, vbi aliquid naturæ perit. — Pub.Mi.
*Firma valent per ſe, nullúmque Machaona quærunt: — Ouid.4.Pont.
Ad medicam dubius confugit æger opem.
*Non eadem ratio eſt ſentire & demere morbos: — Ibidem.
Senſus ineſt cunctis, tollitur arte malum.

MATHEMATICORVM ENCOMIVM.

*Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primis, — 1.Faſt.
Inqúe domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt, illos pariter vitiíſque, iocíſque
Altiùs humanis exeruiſſe caput.
Non Venus & vinum ſublimia pectora fregit,
Officiúmque fori, militiæúe labor.
Nec leuis ambitio, perfuſáque gloria fuco,
Magnarúmque fames ſollicitauit opum.
Admouere oculis diſtantia ſidera noſtris,
Aetheráque ingenio ſuppoſuere ſuo.
Sic petitur cælum, non vt ferat Oſſan Olympus,
Summaque Peliacus ſidera tangat apex.

CONIVGIVM.

*Felices ter, & amplius, — Hor.1.Car.13.
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulſis querimonijs
Suprema citius ſoluet amor die.
*Exemplo iunctæ tibi ſint in amore columbæ, — Prop.2.15.
Maſculus, & totum femina coniugium.

CIVES.

*Nihil eſt profectò ſtultius, neque ſtolidius — Plaut.Trin.

Neque

Neque mendaciloquius, neque argutum magis
Neque confidentiloquius, neque periurius,
Quàm vrbani aſsidui ciues, quos ſcurras vocant.
In Perſ. *Publicæ rei cauſſa quicunque id facit
Magis, quàm ſui quæſti; animus induci poteſt
Eum eſſe ciuem & fidelem & bonum,
Sed legirupam qui damnet, det in publicum
Demidium.-

### QVAE VRBS MVNITA.

Idem ibidem. Quid id quod vidiſti, vt munitum muro tibi viſum'ſt oppidum?
VIR. Si incolæ bene sũt morati, pulchrè munitũ arbitror.
Perfidia, & peculatus ex vrbe, & auaritia ſi exulant,
Quarta inuidia, quinta ambitio, ſexta obtrectatio,
Septima periurium, octaua indiligentia,
Nona iniuria, decimum quod peſsimum aggreſſu ſcelus.
Hæc niſi inde aberunt, centuplex murus rebus ſecundis parum eſt.

### DESIDERIVM AMISSORVM.

Hor 3. Car. 24. *Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
Plaut. Capt. *Tum denique homines noſtra intelligimus bona,
Quum quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.

### PROMISSA.

Ouid. 1. Art. *Promittas facito, quid enim promittere lædit?
Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.
Hor. 2. Ep. 1. *Multa fidem promiſſa leuant.-

### EX FONTE HAVRIVNTVR dulciores aquæ.

Ouid. 3. Pont. *Nam quanquam ſapor eſt ablata dulcis in vnda;
Gratiùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.
Et magis adducto pomum decerpere ramo,

Quàm

Ayuntamiento de Madrid

Quàm de cælata ſumere lance, iuuat.
*Multùm (crede mihi) refert à fonte bibatur Martialis.
Quæ fluit, an pigro quæ ſtupet vnda lacu.

LAESVS SEMEL TIMET ET CAVET.

*Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo, Ouid.2. Pont.6.
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.
*Terretur minimo pennæ ſtridore columba, 1.Triſt.1.
Vnguibus, accipiter, ſaucia facta tuis.
Nec procul à ſtabulis audet diſcedere, ſi qua
Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cælum Phaëton, ſi viueret, & quos
Optauit ſtultè, tangere nollet equos.
*Improbè Neptunum accuſat, qui iterũ naufragiũ facit. Pub. Mi.
*Venturam melius præſagit nauita mortem: Prop.3.9.
Vulneribus didicit miles habere metum.

ELEMENTA.

*Quattuor æternus genitalia corpora mundus Ouid.15.Met.
Continet: ex illis duo ſunt oneroſa, ſuóque
Pondere in inferius, tellus atque vnda feruntur:
Et totidem grauitate carent, nullóque premente
Alta petunt, aër, atque aëre purior ignis.
*Ignea conuexi vis, & ſine pondere cæli 1.Metam.
Emicuit, ſummáque locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aër illi, leuitate, locóque:
Denſior his tellus, elementáque grandia traxit,
Et preſſa eſt grauitate ſui: circunfluus humor
Vltima poſſedit, ſolidúmque coërcuit orbem.

MENSES, ET QVATVOR anni tempeſtates.

*Vérque nouum ſtabat cinctum florente corona. 2.Meta.
Stabat nuda Aeſtas, & ſpicea ſerta gerebat.

Stabat

Ayuntamiento de Madrid

*Stabat & Autumnus calcatis ſordidus vuis:*
*Et glacialis Hiems canos hirſuta capillos.*
Auſo. Epig. **Aeternos menſes, & tempora quattuor anni,*
*Quattuor iſta tibi ſubiecta monoſticha dicent.*
*Martius, Aprilis, Maius ſunt tempora veris.*
*Iulius, Auguſtus, necnon & Iunius æſtas.*
*Septembri, Octobri, autumnus, totóque Nouembri.*
*Brumales Ianus, Februarius, atque December.*
Ouid. 1. Re. **Poma dat autumnus, formoſa eſt meſsibus æſtas,*
*Ver præbet flores, igne leuatur hiems.*

SIGNA CAELESTIA.

Virg. Opuſ. **Primus adeſt Aries, Taurúſque inſignibus auro*
*Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile ſignum,*
*Tum Leo terribilis Nemees, atque innuba Virgo.*
*Libra ſubit, caudáque animal quod dirigit ictum,*
*Armatúſque arcu Chiron, & corniger Hircus,*
*Fuſor aquæ ſimul, & fulgenti lumine Piſces.*
Manil. 1. Aſtr. 4. **Aurato princeps Aries in vellere fulgens*
*Reſpicit admirans aduerſum ſurgere Taurum,*
*Submiſſo vultu Geminos, & fronte vocantem:*
*Quos ſequitur Cancer: Cancrum Leo: Virgo Leonem.*
*Aequato tum Libra die cum tempore noctis,*
*Attrahit ardenti fulgentem Scorpion aſtro:*
*In cuius caudam contentum dirigit arcum*
*Mixtus equo, volucrem miſſurus iámque ſagittam.*
*Tum venit anguſto Capricornus ſidere flexus:*
*Poſt hunc inflexam diffundit Aquarius vrnam,*
*Piſcibus aſſuetas auidè ſubeuntibus vndas,*
*Quos Aries tangit claudentes vltima ſigna.*

STELLAE.

Auſo. Epig. **Ad Boreæ partes, Arcti iunguntur, & Anguis,*
*Poſt has Arctophylax, pariterque Corona, Genúque*
*Prolapſus,*

Ayuntamiento de Madrid

*Prolapſus, Lyra, Auis Cepheus, & Caſsiopæa,*
*Auriga, & Perſeus, Deltoton, & Andromadæ aſtrum,*
*Pegaſus, & Delphinus, Telũ, Aquila, Anguitenénſque,*
*Signifer inde ſubeſt: bis ſex & ſidera complent.*
*Hic Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,*
*Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & vrnam*
*Qui tenet, & Piſces: poſt hos in partibus Auſtri,*
*Orion, Procion, Lepus, ardens Sirius, Argo,*
*Hydrus, Chiron, Thuribulum quoque, Piſcis & ingens.*
*Hunc ſequitur Piſtrix, ſimul Eridaníque fluenta.*

AETATES HOMINVM.

*Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo* Ouid. 1. Me. Aurea ætas.
*Sponte ſua ſine lege fidem, rectúmque colebat.*
**Pœna, metúſque aberant, nec vincla minacia fixo* Spurij ſunt verſus, vt è l. v. docebimus.
**Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat*
**Iudicis ora ſui, ſed erant ſine iudice tuti.*
*Nondum cæſa ſuis, peregrinum vt viſeret orbem,*
*Montibus, in liquidas pinus deſcenderat vndas:*
*Nulláque mortales, præter ſua, litora norant.*
*Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ:*
*Non tuba directi, non æris cornua flexi,*
*Non galeæ, non enſis erat: ſine militis vſu*
*Mollia ſecuræ peragebant otia gentes.*
*Ipſa quoque immunis, raſtróque intacta, nec vllis*
*Saucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus.*
*Contentíque cibis, nullo cogente, creatis,*
*Arbuteos fœtus, montanáque fraga legebant,*
*Cornáque & in duris hærentia mora rubetis,*
*Et quæ deciderant patula Iouis arbore, glandes.*
*Ver erat æternum, placidíque tepentibus auris*
*Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.*
*Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,*



Ayuntamiento de Madrid

Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
Flauáque de viridi ſtillabant ilice mella.
Aetas argentea. Poſtquam Saturno tenebroſa in tartara miſſo,
Sub Ioue mundus erat, ſubijt argentea proles,
Auro deterior fuluo, pretioſior ære:
Iupiter antiqui contraxit tempora veris,
Pérque hiemes, æſtúſque, & inæquales autumnos,
Et breue ver: ſpatijs exegit quattuor annum.
Tum primùm ſiccis aër feruoribus vſtus
Canduit, & ventis glacies aſtricta pependit.
Tum primùm ſubiere domos: domus antra fuerunt,
Et denſi frutices, & iunctæ cortice virgæ.
Semina tum primùm longis cerealia ſulcis
Obruta ſunt, preßíque iugo gemuere iuuenci.
Aetas ahenea. Tertia poſt illam ſucceßit ahenea proles
Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma,
Aetas quarta ferrea. Non ſcelerata tamen. De duro eſt vltima ferro.
Protinus irrupit venæ peioris in æuum
Omne nefas: fugére pudor, verúmque, fidéſque.
In quorum ſubiére locum fraudéſque, dolíque,
Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi.
Vela dabant ventis: nec adhuc bene nouerat illos
Nauita: quæque diu ſteterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis inſultauere carinæ:
Communémque prius, ceu lumina ſolis & auræ,
Cautus humum longo ſignauit limite menſor.
Nec tantùm ſegetes, alimentáque debita diues
Poſcebatur humus, ſed itum eſt in viſcera terræ:
Quáſque recondiderat, Stygiíſque admouerat vmbris,
Opes. Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iámque nocens ferrum, ferróque nocentius aurum

Prodit.

Ayuntamiento de Madrid

*Prodierat, prodit bellum, quod pugnat vtroque,*
*Sanguineáque manu crepitantia concutit arma.*
*Viuitur ex raptu: non hoſpes ab hoſpite tutus,*
*Non ſocer à genero, fratrum quoque gratia rara eſt.*
*Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.*
*Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*
*Filius ante diem patrios inquirit in annos.*
*Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes*
*Vltima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.*
*Quàm bene Saturno viuebant rege prius, quàm* Tib. 1. 3.
*Tellus in longas eſt patefacta vias.*
*Nondum cæruleas pinus contempſerat vndas,*
*Effuſum ventis præbuerátque ſinum,*
*Nec vagus ignotis repetens compendia terris*
*Preſſerat externa nauita merce ratem.*
*Illo non validus ſubiit iuga tempore taurus,*
*Non domito frenos ore momordit equus.*
*Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris,*
*Qui regeret certis finibus arua, lapis.*
*Ipſæ mella dabant quercus, vltróque ferebant*
*Obuia ſecuris vbera lactis oues.*
*Non acies, non ira fuit, non bella, nec enſem*
*Immiti ſæuus duxerat arte faber.*
*Nunc Ioue ſub domino cædes, & vulnera ſemper,*
*Nunc mare, nunc lethi mille repentè viæ.*

AETATES ANIMANTIVM.

*Ter binos, deciéſque nouem ſuperexit in annos,* Auſon.
*Iuſta ſeneſcentum quos implet vita virorum.*
*Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix,*
*Et quater egreditur cornicis ſæcula ceruus.*
*Alipedem ceruum ter vincit coruus, & illum*
*Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales:*



Ayuntamiento de Madrid

Quem nos perpetuò decies præuertimus æuo
Nymphæ Hamadriades, quarum longiſsima vita eſt.
Hæc cohibet finis viuacia fata animantum:
Cetera ſecreti nouit Deus arbiter æui.
Tempora, quæ Stilbon voluat, quæ ſæcula Phaethon:
Quos Pyrois habeat, quos Iupiter igne benigno
Circuitus: quali properet Venus alma recurſu:
Qui Phœben, quanti maneant Titana labores,
Donec conſumpto, magnus qui dicitur, anno,
Rurſus in antiquam veniant vaga ſidera curſum,
Qualia diſpoſiti ſteterant ab origine mundi.

MVSARVM INVENTA.

Virg. Opuſc. Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mæſta boatu.
Comica laſciuo gaudet ſermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.
Terpſichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu.
Carmine Calliope libris Heroica mandat.
Vranie cæli motus ſcrutatur & aſtra.
Signat cuncta manu, loquiturque Polymneia geſtu.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

SERVVS.

*-Plus ſcire ſatius eſt,
Plaut. in Epid. Quàm loqui, ſeruum hominem: ea ſapientia eſt.
in Menæch. *Spectamen bono ſeruo id eſt, qui rem herilem
Procurat, videt, collocat, cogitátque,
Vt abſente hero rem heri diligenter
Tutetur, quàm ſi ipſe adſit, aut rectiùs.
paulò poſt. *Serui qui culpa carent, & metuunt, ij
Solent eſſe heris vtibiles.

*-Homi-

Ayuntamiento de Madrid

*-Hominem ſeruum ſuos in Mil.
Domitos habere oportet oculos, & manus
Orationémque. -
*Qui ſuo hero ſeruire volt bene ſeruus ſeruitutem, in Perſa.
Næ ædepol multa ſuo illum in pectore collocare oportet,
Quæ hero placere cenſeat præſenti atque abſenti ſuo.
*Peculioſum eum eſſe decet ſeruum, & probum, in Rud.
Quem hero præſente prætereat oratio,
Aut qui inclementer dicat homini libero.
*Qui manet, vt moneatur ſemper ſeruos homo officium ſuum, in Stich.
Nec voluntate id facere meminit, ſeruos is habitu haud probus eſt.
*-Serui vt taceant: iumenta loquentur. Iuuen.9.

SERVORVM IMPERIVM.

Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum: Claud.lib.1.in Eutro.
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſæuit in omnes,
Vt ſe poſſe putent: nec bellua tetrior vlla eſt,
Quàm ſerui rabies in libera colla furentis.
Agnoſcit gemitus, & pœnæ parcere neſcit
Quàm ſubijt, dominíque memor quem verberat, odit.

VIR BONVS, INTEGER, IVSTVS, BEATVS.

*-Vir bonus eſt quis? Hor.1.Ep.16.
Qui conſulta patrum, qui leges, iuráque ſeruat.
*Quiſnam igitur liber? ſapiens, ſibi qui imperioſus: 2.Ser.7.
Quem neque pauperies, neq; mors, neq; vincula terrent:
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in ſeipſo totus teres, atque rotundus,
Externi ne quid valeat per læue morari:
In quem manca ruit ſemper fortuna.
*Eſto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem Iuuen.8.



Ayuntamiento de Madrid

*Integer. ambiguæ, ſi quando citabere teſtis,*
*Incertæque rei, Phalaris licet imperet, vt ſis*
*Falſus, & admoto dictet periuria tauro:*
*Summum crede nefas animam præferre pudori,*
*Et propter vitam viuendi perdere cauſſas.*

Hor. 3. Car. 3. **Iuſtum, & tenacem propoſiti virum,*
*Non ciuium ardor praua iubentium,*
*Non vultus inſtantis tyranni*
*Mente quatit ſolida: neque Auſter*
*Dux inquieti turbidus Hadriæ,*
*Nec fulminantis magna Iouis manus.*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impauidum ferient ruinæ.*

Plaut. in Rud. **-Quod bene ſit bonis,*
*Haud perit.-*

DESCRIPTIO CHRISTI.

Paul. Anſon. **Hic veritatis lumen eſt, vitæ via,*
*Vis, mens, manus, virtus Patris,*
*Sol æquitatis, fons bonorum, flos Dei,*
*Natus Deo, mundi ſator.*
*Mortalitatis vita, noſtræ & mors necis.*
*Magiſter hic virtutis eſt,*
*Deúſque nobis, atque pro nobis homo*
*Nos induendo ſe exuit.*
*Aeterna iungens homines inter, & Deum*
*Vtrunque ſe commercia.*
*Hic ergo noſtris, vt ſuum præcordiis*
*Vibrauerit cælo iubar,*
*Abſterget ægrum corporis pigri ſitum,*
*Habitúmque mentis innouat.*
*Exhaurit omne, quod iuuabat anteà*
*Caſtæ voluptatis vice,*

Totóque

Totóque noſtra iure ſibi domini vindicat
  Et corda, & ora, & tempora.
Se cogitari, intelligi, credi, legi,
  Se vult timeri, & diligi.
Aeſtus inanes, quos mouet vitæ labor
  Præſentis æui tramite,
Abolet futuræ cum Deo vitæ fides.
  Quæ quas videmus ſpernere,
Non vt profanas abijcit, aut viles opes,
  Sed vt magis caras monet
Cælis reponi creditas Chriſto Deo:
  Qui plura promiſit datis,
Contemta præſens vel mage depoſita ſibi
  Multo vt rependat fenore,
Sine fraude iuſtus aucta creditoribus
  Bonus æra reddit debitor,
Multáque ſpretam largior pecuniam
  Reſtituet vſura Deus.
Huic vacantem, vel ſtudentem & deditum,
  In hoc reponentem omnia,
Ne quæſo ſegnem, néue peruerſum putes,
  Nec crimineris impium.
Pietas abeſſe Chriſtiano quî poteſt?
  Nanque argumentum mutuum eſt
Pietatis eſſe Chriſtianum, & impij
  Non eſſe Chriſto ſubditum.



Ayuntamiento de Madrid

# AVR. PRVDENTII CLEMENTIS V. C. TETRASTICHA IN vtrumque Teſtamentum.

## Adam, & Heua.

Gen.3. HEVA *columba fuit, tunc candida; nigra deinde*
*Facta, per anguinum maleſuada fraude venenum,*
*Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam.*
*Dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.*

## Abel, & Cain.

Gen.4. *Fratrum ſacra Deus nutu diſtante duorum*
*Aeſtimat, accipiens viua, & terrena refutans.*
*Ruſticus inuidia paſtorem ſternit. in Abel*
*Forma animæ exprimitur; caro noſtra in munere Cain.*

## Arca Noë.

Gen.8. *Nuntia diluuij iam decreſcentis ad arcam*
*Ore columba refert ramum viridantis oliuæ:*
*Coruus enim ingluuie per fœda cadauera captus*
*Hæſerat: illa datæ reuehit noua gaudia pacis.*

## Ilex Mambre.

Gen.18. *Hoſpitium hoc Domini eſt, ilex vbi frondea Mambre*
*Armentale ſenis protexit culmen: in iſta*
*Riſit Sara caſa, ſobolis ſibi gaudia ſera*
*Ferri, & decrepitum ſic credere poſſe maritum.*

## Monumentum Saræ.

Gen.23. *Abraham mercatur agrum, quo conderet oſſa*
*Coniugis: in terris quoniam peregrina moratur*
*Iuſtitia, atque fides. hoc illud millibus emptum*
*Speleum, ſanctæ requies vbi parta fauillæ eſt.*

## Somnium Pharaonis.

Gen.41. *Bis ſeptem ſpicæ, vaccæ totidem Pharaoni*
*Per ſomnium viſa portendunt, diſpare forma,*

*Vberis,*

Ayuntamiento de Madrid

*Vberis, atque famis duo per ſeptennia tempus*
*Inſtare: hoc ſoluit Patriarcha, interprete Chriſto.*

Ioſeph à fratribus agnitus.

*Venditus inſidijs fratrum puer: ipſe viciſsim* Gen.44.
*Cratera in farris ſacco clàm præcipit abdi,*
*Vtquè reos furti Ioſeph tenet. actio fallax*
*Proditur: agnoſcunt fratrem, veniáque pudeſcunt.*

Ignis in rubo.

*Sentibus inuolitans Deus igneus ore coruſco* Exod.3.4.
*Compellat iuuenem, pecoris tunc fortè magiſtrum.*
*Ille capit iuſſus virgam: fit vipera virga.*
*Soluit vincla pedum: properat Pharaonis ad arcem.*

Iter per mare.

*Tutus agit vir iuſtus iter, vel per mare magnum.* Exod.14.
*Ecce Dei famulis ſciſsim freta rubra dehiſcunt,*
*Cùm peccatores rabidos eadem freta mergant.*
*Obruitur Pharao: patuit via libera Moſi.*

Moſes accipit legem.

*Fumat montis apex diuinis ignibus: in quo* Exod.19.20.
*Scripta decem verbis ſaxorum pagina Moſi*
*Traditur. ille ſuos ſuſcepta lege reuiſit:*
*Forma ſed his vituli ſolus Deus, & Deus aurum.*

Manna, & Coturnices.

*Panibus Angelicis albent tentoria patrum.* Exod.16.
*Certa fides facti, tenet vrceus aureus exin*
*Seruatum Manna. ingratis venit altera nubes:*
*Atque auidos carnis ſaturat congeſta coturnix.*

Serpens æneus in eremo.

*Seruebat via ſicca eremi ſerpentibus atris;* Num.21.
*Iámque venenati per liuida vulnera morſus*
*Carpebant populum: ſed prudens ære politum*
*Dux cruce ſuſpendit, qui virus temperet, anguem.*



Ayuntamiento de Madrid

### Lacus deſerti amarus.

Exod.15. *Aſpera guſtatu populo ſitiente lacuna*
*Triſtificos latices ſtagnanti felle tenebat.*
*Moſes ſanctus ait: Lignum date gurgitem in iſtum*
*Concitè: & in dulcem vertentur amara ſaporem.*

### Fontes duodecim, & palmæ ſeptuaginta.

Exod. 15. *Deuenére viri Moſe Duce; ſex vbi fontes,*
*Et ſex fortè alij vitreo de rore rigabant*
*Septenas decies palmas: qui myſticus Elim*
*Lucus Apoſtolicum numerum libris quoque pinxit.*

### Lapides duodecim in Iordane.

Ioſ 4. *In fontem refluo Iordanis gurgite fertur,*
*Dum calcanda Dei populis vada ſicca relinquit.*
*Teſtes bis ſeni lapides: quos flumine in ipſo*
*Conſtituere patres, in formam diſcipulorum.*

### Domus Rahab.

Ioſ.2. *Procubuit Iericho: ſola ſtant atria Rahab.*
*Hoſpita ſanctorum meretrix (tanta eſt fidei vis)*
*Incolomi ſecura domo ſpectabile coccum*
*Ignibus aduerſis in ſignum ſanguinis offert.*

### Samſonis leo.

Iud.14.15. *Inuictum virtute comæ leo frangere Samſon*
*Aggreditur: necat ille feram. ſed ab ore leonis*
*Mella fluunt: maxilla aſini fontem vomit vltro.*
*Stultitia exundat lymphis; dulcedine virtus.*

### Samſonis vulpes.

Iud.15. *Ter centum vulpes Samſon capit; ignibus armat;*
*Ponè faces caudis circumligat; in ſata mittit*
*Allophylûm; ſegetéſque cremat. ſic callida vulpes*
*Nunc hereſis flammas vitiorum ſpargit in agros.*

Dauid

Ayuntamiento de Madrid

### Dauid paſtor.

*Dauid paruus erat, fratrum vltimus, & modò Ieſſe* 1.Reg.16.17.
*Cura gregis, citharam formans ad ouile paternum:*
*Inde ad delicias Regis. mox horrida bella*
*Conſerit, & funda ſternit ſtridente Goliam.*

### Dauid Rex.

*Regia mirifici fulgent inſignia Dauid,*
*Sceptrum, oleum, cornu, diadema, & purpura, & ara.*
*Omnia conueniunt Chriſto, chlamys, atque corona;*
*Virga poteſtatis, cornu crucis, alter oliuum.*

### Aedificatio templi.

*Aedificat templum ſapientia per Salomonis* 3.Reg.6.10.
*Obſequium: regina Auſtri graue congerit aurum.*
*Tempus adeſt, quo templū hominis ſub pectore Chriſtus*
*Aedificet; quod gaza colat, quod Barbara ditent.*

### Filij Prophetarum.

*Fortè Prophetarum nati dum ligna recidunt* 4.Reg.6.
*Fluminis in ripa; cecidit diſcuſſa bipennis.*
*Gurgite ſubmerſum eſt ferrum: ſed mox leue lignum*
*Iniectum ſtagnis, ferrum reuocabile fecit.*

### Captiuitas Iſraël.

*Gens Ebræorum peccamine capta frequenti,* 4.Reg.20.
*Fleuerat exſilium diræ Babylonis ad amneis:* Pſal.137.
*Tum patrios cantare modos, præcepta recuſat,*
*Organáque in ramis ſalicis ſuſpendit amarè.*

### Domus Ezechiæ Regis.

*Hic bonus Ezechias meruit ter quinque per annos* 4.Reg.20.
*Præſcriptum proferre diem, legémque obeundi*
*Tendere: quod gradibus, quos veſpera texerat vmbra,*
*Lumine perfuſis docuit Sol verſus in ortum.*

### Gabriel ad Mariam.

*Aduentante Deo deſcendit nuntius alto* Luc.1.

Gabriel

Ayuntamiento de Madrid

Gabriel Patris ex ſolio; ſedémque repentè
Intrat virgineam. ſanctus te Spiritus, inquit,
Implebit Maria: Chriſtum paries ſacra virgo.

Ciuitas Bethlehem.

Matth.2. Sancta Bethlem caput eſt orbis: quæ protulit Ieſum,
Orbis principium, caput ipſum principiorum.
Vrbs hominem Chriſtum genuit: qui Chriſtus agebat
Antè Deus, quàm ſol fieret, quàm Lucifer eſſet.

Magorum munera.

Matth.2. Heic pretioſa Magi ſub virginis vbere Chriſto
Dona ferunt puero, myrrǽque, & turis, & auri.
Miratur genitrix tot caſti ventris honores,
Séque Deum genuiſſe hominem, regem quoque ſummum.

Angeli ad paſtores.

Lucæ.2. Peruigiles paſtorum oculos vis luminis implet
Angelici, natum celebrans de virgine Chriſtum.
Inueniunt tectum pannis: præſepe iacenti
Cunæ erat: exſultant alacres, & Numen adorant.

Infantum in Bethlehem cædes.

Matth.2. Impius innumeris infantum cædibus hoſtis
Perfurit Herodes; dum Chriſtum quærit in illis.
Fumant lacteolo paruorum ſanguine cunæ,
Vulneribúſque madent calidis pia pectora matrum.

Chriſtus in Iordane baptizatur.

Matth.3. Perfundit fluuio paſtus Baptiſta locuſtis,
Siluarúmque fauis, & amictus veſte cameli:
Tinxerat & Chriſtum: ſed Spiritus æthere miſſus
Teſtatur tinctum; qui tinctis crimina donat.

Pinna templi.

Pſal.118. Excidio templi veteris ſtat pinna ſuperſtes:
Structus enim lapide ex illo manet angulus, vſque

In ſa-

Ayuntamiento de Madrid

*In ſæclum ſæcli; quem ſpreuerunt ædificantes:*
*Nunc caput eſt templi, & lapidum compago nouorum.*

Vinum ex aqua factum.

*Fœdera coniugij celebrabant auſpice cœtu* Ioan.2.
*Fortè Galilæi: deerant iam vina: miniſtris*
*Chriſtus vaſa iubet properanter aquaria lymphis*
*Impleri: inde meri veteris diffunditur vnda.*

Piſcina Siloa.

*Morborum medicina latex; quem ſpiritus oris* Ioan.9.
*Eructat varijs, fuſum ratione latenti;*
*Siloam vocitant: ſputis vbi collita cæci*
*Lumina Saluator iuſsit de fonte lauari.*

Cædes Ioannis.

*Præmia ſaltatrix poſcit funebria virgo* Matth.14.
*Ioannis caput; abſciſum quod lance reportet.*
*Inceſtæ ad gremium matris fert regia donum*
*Pſaltria, reſperſis manibus de ſanguine iuſto.*

Chriſtus per mare ambulat.

*It mare per medium Dominus, fluctúſque liquenteis* Matth.14.
*Calce terens iubet inſtabili deſcendere cymba*
*Diſcipulum: ſed mortaleis trepidatio plantas*
*Mergitat: ille manum regit; & veſtigia firmat.*

Dæmon miſſus in porcos.

*Vincla ſepulcrali ſub carcere ferrea Dæmon* Matth.8. Marc.5. Lucæ 8.
*Fregerat: erumpit, pedibúſque aduoluitur Ieſu.*
*Aſt hominem Dominus ſibi vindicat; & iubet hoſtem*
*Porcorum raptare greges, ac per freta mergi.*

Quinque panes, & duo piſces.

*Quinque Deus panes fregit, piſceíſque gemellos:* Ioan.6.
*His hominum largè ſaturauit millia quinque.*
*Implentur nimio micarum fragmine corbes*
*Bis ſeni: æternæ tanta eſt opulentia menſæ.*

Lazarus

Ayuntamiento de Madrid

### Lazarus ſuſcitatus.

Ioan.11. *Conſcius inſignis facti locus in Bethania*
*Vidit ab inferna te, Lazare, ſede reuerſum.*
*Appâret ſciſſum fractis foribus monumentum;*
*Vnde putreſcentis redierunt membra ſepulti.*

### Ager ſanguinis.

Matth.27. *Campus Haceldema ſceleris mercede nefandi*
*Venditus, exſequias recipit tumuloſus humandas.*
*Sanguinis hoc pretium eſt Chriſti. Iuda eminus arctat*
*Infelix collum laqueo pro crimine tanto.*

### Domus Caiphæ.

Matth.26. *Impia blaſphemi cecidit domus alta Caiphæ:*
*In qua pulſata eſt alapis facies ſacra Chriſti.*
*Hic peccatores manet exitus: obruta quorum*
*Vita ruinoſis tumulis ſine fine iacebit.*

### Columna ad quam Chriſtus eſt flagellatus.

Marc.15. *Vinctus in his Dominus ſtetit ædibus atque columnæ*
*Annexus tergum dedit, vt ſeruile, flagellis.*
*Perſtat adhuc, templúmque gerit veneranda columna,*
*Nóſque docet cunctis immuneis viuere flagris.*

### Paſsio Saluatoris.

Ioan.9. *Traiectus per vtrunque latus, laticem, atque cruorem*
*Chriſtus agit: ſanguis victoria; lympha lauacrum eſt.*
*Tunc duo diſcordant crucibus hinc inde latrones*
*Contiguis: negat ille Deum; fert iſte coronam.*

### Sepulcrum Chriſti.

*Chriſtum non tenuit ſaxum, non clauſtra ſepulcri:*
*Mors illi deuicta iacet: calcauit abyſſum.*
*Sanctorum populus ſuperas ſimul iuit ad oras,*
*Séque dedit multis tactúque, oculíſque probandum.*

Mons

Ayuntamiento de Madrid

### Mons Oliueti.

Montis oliuiferi Chriſtus de vertice ſurſum Act. 1.
Ad patrem redijt, ſignans veſtigia pacis.
Frondibus æternis præpinguis liquitur humor:
Qui probat infuſum terris de chriſmate donum.

### Paſsio Stephani.

Primus init Stephanus mercedem ſanguinis, imbre
Afflictus lapidum: Chriſtum tamen ille cruentus
Inter ſaxa rogat; ne ſit lapidatio fraudi
Hoſtibus: ô primæ pietas miranda coronæ!

### Porta ſpecioſa.

Porta manet templi, Specioſam quam vocitarunt, Act. 3.
Egregium Salomonis opus: ſed maius in illa
Chriſti opus emicuit: nam clodus ſurgere iuſſus
Ore Petri, ſtupuit damnatos currere greſſus.

### Viſio Petri.

Somniat illapſum Petrus alto ex æthere diſcum Act. 10.
Confertum omnigenis animalibus. ille recuſat
Mandere: ſed Dominus iubet omnia munda putare.
Surgit, & immundas vocat ad myſteria Genteis.

### Paulus vas electionis.

Heic lupus antè rapax veſtitur vellere molli: Act. 9.
Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus.
Mox recipit viſum: fit Apoſtolus, ac populorum
Doctor, & ore potens coruos mutare columbis.

### Apocalypſis Ioannis.

Bis duodena ſenum ſedes, pateris, citharíſque, Apoc. 4. 5.
Tótque coronarum fulgens inſignibus, agnum
Cæde cruentatum laudat: qui euoluere librum,
Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus.

GRAE-

Ayuntamiento de Madrid

# GRAECORVM QVORVNDAM POETARVM SENTENTIAE SINGVlis verſibus Latinis redditæ.

### BONVS VIR.

*VIR bonus, bonum nunquam odit:*
*Conſilij enim boni opera bona ſunt.*
*Bono quidem viro bona & dat Deus.*
*Propone tibi ad imitandum bonum virũ & temperatũ.*
*Morum index eſt hominibus tempus.*

### VERITAS.

*Lingua errans vera dicit.*

### PECCATVM.

*Turpe nihil fac, neque diſce.*
*Bis perperam facere idem, non viri eſt ſapientis.*
*A rebus malis manum liberam habe.*
*Qui nihil nouit, nihil delinquit.*

### NECESSITAS.

*A neceſsitate omnia in ſeruitutem rediguntur ſtatim.*
*Præ neceſsitate multa facimus mala.*

### VIRTVS.

*Remiſsio eſt malorum, vitæ tranquillitas.*
*Quæ non decent, neque audi, neque vide.*
*Melius eſt corpore, quàm animo ægrotare.*
*Modeſtum eſſe eum qui ad conuiuia inuitatur, oportet.*
*Ingenui quidem viri eſt, vera dicere.*
*Ingenuos tuere tuos mores.*
*Bonum producunt fructum honeſti mores.*
*Fructus bonus eſt, bene compoſita vita.*
*Cape curam honeſtæ vitæ.*
*Beatus eſt, qui beatis inſeruit.*
*Scutum maximum eſt virtus mortalibus.*

Teipſum

Ayuntamiento de Madrid

Teipſum ſerua moribus liberum.
Theſaurus virtutis eſt, temperantia ſola.
Animi curam gere tui quantum potes.

INGRATA MEMORIA.

Ingratus eſt, quiſquis beneficio affectus immemor eſt.
Semper qui ſeruatus eſt, eſt ingratus natura.
Simulátque quis miſericordia affectus eſt, perijt beneficium.
Obliuiſcuntur omneis qui beneficium acceperunt.
Pulcher theſaurus eſt repoſita gratia.
Poſt donum celerrimè ſeneſcit gratia.
Beneficium qui accepiſti tempeſtiuum, in tempore repende.
Beneficium confer, quatenus potes tamen.
Munera iuſta & da, & accipe.
Beneficium vbi acceperis memento, & vbi dederis obliuiſcere.

REX.

Regnum tibi cùm paraueris, ſcias hoc te dignum eſſe.
Imago rex eſt animata Dei.

VITA.

Securus vitæ, ferè non ſolet honeſtè agere.
Viuit nemo quam probare ſolet vitam.
Vita eſt ſi quis victu fruatur viuens.
Vita vocata eſt, cui graui labore alimenta parantur.
Vita fortunis egens, non eſt vita.
Terra omnia parit, & rurſum recipit.
Viuimus non vt volumus, ſed vt poſſumus:
Non licet vitã inuenire à moleſtijs vacuã in quopiam.
Res cæca, & infortunata hominibus vita.
Viuere citra moleſtiam, hominis eſt felicis.
Quàm ſuauis eſt vita, ſi quis eam non cognouerit!



Ayuntamiento de Madrid

AVXILIVM.

Vir virum, & ciuitas ſeruat ciuitatem.
Manus manum lauat, & digitus digitum.

CONSILIVM.

Vir inconſultus fruſtra laborat currens.
Malo conſilio, multas iacturas faciunt mortales.
Vir inconſultus voluptatibus capitur.
Conſilio recto, nihil tutius.
Conſilium ante quoduis opus cape.
Noctu conſilium à prudentibus initur.
Res ſacra re vera eſt conſilium.
Conſiliarius bonus, non malus ſis amicis.
Sapienti à viro, accipe conſilium.
Sapiens ſapientum eſt conſilium.
Conſiliarius ſis bonorum, non malorum.

NVPTI.

Expertem moleſtiarum vitam habebis abſque nuptijs.
Qui ducturus eſt vxorem, in pœnitentiam fertur.
Nuptiæ enim hominibus optabile malum.
Ducturus vxorem reſpice ad vicinos.
Deus tibi ipſi ſi diuitem duxeris, eris.
Mores præferre pecuniæ eum qui ducit vxorem oportet.
Exiſtima vbi duxeris vxorem, te eſſe ſeruum in vita.
Qui non ducit vxorem homo, non habet mala.
Facilius vitam degis, ſi vxorem non alis.
Nam infeliciſſimus eſt, qui quũ pauper ſit, vxorẽ ducit.

RISVS.

Riſus intempeſtiuus in mortalibus graue malum.
Ridet ſtultus, etiam ſi quid non ridiculum ſit.

SENECTVS.

Omnia delet ſenectus, vires corporis.
Senectutis autem malæ quæ fiet depulſio?



Ayuntamiento de Madrid

*Sententiæ meliores ſunt ſeniorum.*
*Viaticum ad ſenectutem ſemper reconde.*
*Veniet ſenectus, quamlibet querelam afferens.*
*Pulchrum ſeneſcere, & non ſeneſcere rurſum.*
*Conſortia ſeniorum ama.*
*Moleſtus vir eſt inter iuuenes ſenex.*
*Canities temporis indicatio eſt, non prudentiæ.*
*Time ſenectutem: non enim venit ſola.*
*Graue ſenectus eſt hominibus pondus.*

PARENTES.

*Velis parentibus ante omnia honorem deferre.*
*Parentes cole, & amicos affice beneficijs.*
*Spera te colentem parentes proſperum rerum ſucceſſum habiturum.*
*Dij maximi prudentibus parentes ſunt.*
*Satis viues, in ſenectute alens parentes.*
*Exiſtima tibi ipſi parentes eſſe deos.*
*Aduerſus filium indignationem non alit probus pater.*

MVLIER.

*Vitæ egeſtas eſt viris mulier.*
*Mulieri cuilibet ornamentum ſilentium affert.*
*Mulieris bonæ eſt, tueri domum.*
*Mulieri ornatus mores ſunt, & non ornamenta aureæ.*
*Mulier iuſta, vitæ ſalus eſt.*
*Mulierem bonam nanciſci non facilè eſt.*
*Vxorem funerare ſatius, quàm ducere.*
*Mulier prorſus res eſt, quæ magnos ſumptus facit natura.*
*Mulieri ne credas tuam vitam.*
*Mulier enim nihil nouit, niſi quod vult.*
*Mulier proba gubernaculum eſt domus.*
*Mulieri imperare non concedit natura.*
*Mulier domui damnum eſt, & ſalus.*



Ayuntamiento de Madrid

Mulier à muliere nihil vnquam differt.
In mulieribus fidem non licet videre.
A mulieribus perit mundus magnus.
Mulieris æmulatio totam turbat domum.
Quære mulierem coadiutricem rerum gerendarum.
Viuere non oportebat mulierem multis de cauſsis.
Theſaurus eſt malorum mala mulier.
Feris omnibus immanior mala mulier.
Mare, & ignis, & mulier, mala tria ſunt.
Telæ, mulierum opera ſunt, & non conciones.
Venenum eſt aſpidis mala mulier.
Par eſt leænæ & mulieris crudelitas.
Eſt honeſtum mulieris videre bonos mores.
Bona planta eſt in vita mulier.
Moleſtia præſens ſemper eſt mulier.
Cum leone viuere, quàm cum muliere, præſtat.
Plenum malorum eſt onus, mulier.
Sponſa ſine dote, non habet loquendi libertatem.
Nihil muliere deterius eſt, vel bona quidem.
Multi mulierum cauſſa incidunt in calamitates.
Sordes mulier eſt argentata.
Iucundum malum eſt viris mulier.
Superba res eſt formoſa mulier.
Pro vxore & amico laborem capere oportet.
Procella domeſticatim eſt viris mulier.
Quàm infida res eſt muliebris natura!

POPVLVS.

Res violenta turba eſt, non habet autem mentem.

IVSTVS.

Viri iuſti fructus non perit.
Vir iuſtus eſt, non is qui non nocet,
Sed qui nocere quum poteſt non vult.

Vade

Ayuntamiento de Madrid

*Vade recta via, ſi iuſtus ſis.*
*Vitæ iuſtæ eſt finis bonus.*
*Iuſtus ſis, vt etiam iuſta adſequaris.*
*Iuſtus eſſe magis, quàm vtilis, velis.*
*Iuſta operatus, coadiutorem habebis Deum.*
*Iudicare id quod iuſtum, non quod vtile eſt, velis.*
*Aduerſus bene dicentes nihil contradicere poſſum.*
*Mores iuſti, poſſeßio pretioſißima eſt.*

GLORIA.

*Nitere tibi ipſi gloriam relinquere.*
*Bene audire magis quàm diteſcere velis.*
*Vana gloria nihil miſerius.*

SERVI.

*Seruo deterius nihil, ne bono quidem.*
*Vnus eſt ſeruus, domus herus.*
*Angit me ſeruus, domino maiores attollens ſpiritus.*
*Quàm iucundum eſt ſeruo dominum probum nanciſci!*

INFORTVNIVM.

*Quercu lapſa vnuſquiſque ligna incidit.*
*Oportet alios eſſe miſeros, alios felices.*
*Viro infortunato ne infigas malum.*
*Ex voluptate naſcitur infortunium.*
*Ne inſulta infortunato. communis enim fortuna eſt.*
*Nunquam de teipſo infortunatus deſperes.*
*Exiſtima communia omnia infortunia.*
*Hei mihi! etenim repentè infelicem eſſe, generat furorē.*
*Infortunatorum fortunatus nullus amicus.*

CONTINENTIA.

*Ventris nitere omnes habenas retinere.*
*Venter & multa capit, & pauca.*

SPES.

*Vir infelix ſeruatur ſpe.*



Ayuntamiento de Madrid

Spes alunt inanes mortales.
Spera omnia ad ſenectutem vſque, mortalis cùm ſis.

### LAVS.

De teipſo laudes non habueris.
Amicos laudibus magis quàm te celebres.

### NOBILIS.

Vir optimus nunquam fuerit ignobilis.

### FELICITAS.

AEquum eſt felicem meminiſſe Dei.
Suo iudicio nemo eſt felix.
Nullus eſt qui in omnibus ſit felix.
Commune bonum eſt, bonus felix.
Multi quidem felices ſunt, at non ſapiunt.
Felicem etiam ſapientem eſſe exiſtimamus.
Fortunato quæuis terra patria.
Felicium omnes ſunt cognati.
Quàm facilè cadunt ſplendidæ fortunæ!

### PIETAS.

Mortalis quum ſis, ne ſapias quæ ſupra Dei voluntatẽ [ſunt.
Deum cole, & omnia facies diuino inſtinctu.
De pietate & loquere & diſce.

### PRECES.

Preces iuſtas audit Deus.

### AMANS.

Senex amator, extrema mala fortunæ eſt.

### ODIVM.

Immortale odium ne ſerues, mortalis cùm ſis.
Inimicos vlciſcere non cum tuo incommodo.
Inimicis diffidens nunquam patieris incommodum.
Sermonem inimici nunquam putes amicum.

### VITA.

Viuere volens, ne facias morte digna.

Viuere

Ayuntamiento de Madrid

*Viuere turpe eſt, quibus vitam inuidit fortuna.*
*Omnes præclarè viuere volumus, ſed non poſſumus.*
*Quàm iucundum eſt viuere non inuidente fortuna!*

VOLVPTAS.

*Intempeſtiua voluptas parit damnum:*
*Nam ferè propter voluptates moleſtia afficimur.*

MORS.

*Mortalibus omnibus vita excedere neceſſe eſt.*
*Vita improba mors optabilior eſt.*
*Aut viuere citra moleſtiam, aut mori feliciter oportet.*
*Mortalis natus cùm ſis, ne irrideas mortuum.*
*Pulchrum mori quibus vita iniuriam adfert.*
*Præſtat non viuere, quàm viuere miſerè.*
*Quem amat Deus, is moritur iuuenis.*
*Nunquam beatum cenſui ſumptuoſum mortuum.*
*Mori non turpe eſt, ſed turpiter mori.*

DEVS.

*Deus adiuuans, omnia facit facilè.*
*Deo volente etiam in crate nauiges.*
*Animus nobis eſt, in vnoquoque Deus.*
*Vbique eſt, omnia reſpicit Deus.*
*Quod alit me, id ego iudico Deum.*

MEDICI.

*Medicus garrulus laboranti rurſum morbus eſt.*
*Multorum medicorum viſitatio me perdidit.*

TEMPVS.

*Omnia in tempore gratiam habent vindemiata.*
*Pulchrum cuiuſuis temporis noſſe modum.*
*Tempus eſt multò potentius legibus.*
*Tempora diſſoluunt regna.*
*Tempus ſortitus mendicus poteſt multum.*
*Multorum tempus fit auctor.*



Ayuntamiento de Madrid

Multos tempus viros, cùm non ſint, facit.
Celerrimè tempus tranſmutat res.
Occaſionem precare aſſiduè propitiam habere.
Quàm magna res eſt parua in tempore data!
Tempus omnia vitæ iudicat bene.

### PVLCHRITVDO.

Ne facias iudicium, videns pulchritudinem, ſed mores.
Quàm iucunda pulchritudo, quum habet mentem ſapientem.

### LVCRVM.

Victum compara ex qualibet re, præterquam ex malis rebus.
Volumus diteſcere omnes, ſed non poſſumus.
Optime, ne lucrum in omnibus tibi proponas.
Velis cogere ex iuſtis rebus victum.
Mores improbos fuge, & lucrum improbum.
Lucrum improbum ne accipere velis vnquam.
Lucrum improbum detrimentum ſemper adfert.
Parua lucra maiora detrimenta adferunt.
Vbi lucrum, contra naturam ſeruiendum eſt.
Lucrum exiſtima lucrum eſſe, ſi iuſtum ſit.
Turpia lucra calamitates adferunt.

### IVDICIVM, ET DIVINA IVSTITIA.

Deferre non licet, & ferre iudicium ſimul.
Inexpenſum ne punias quenquam.
Ducit numen malos ad pœnas.
Eſt iuſtitiæ oculus, qui omnia videt.
Dei pœnas non effugit mortalis.
Te latiturum ſemper ne putes, improbus cùm ſis.
Acer Dei eſt oculus ad omnia videndum.

OCCVL-

Ayuntamiento de Madrid

### OCCVLTA.

Relictis certis, ne perſequare incerta,
Vel ne facias tegendum, vel ſolus facias.
Suſpicio graue eſt hominibus malum.

### FAMES.

Fames ſummus dolor hominibus eſt:
Fami enim nullum licet contradicere verbum.
Multorum fames eſt magiſtra.

### ORATIO.

Vehementius nihil eſt oratione.
Oratio enim moleſtiæ medicamentum eſt ſola.
Sermone mihi perſuaſiſti medicamento doctiſſime.
Seorſum tum dicere multa, & tempeſtiua oportet.
Viri forma ex verbis deprehenditur.
Verbis penſa, verbis qui ſuadet tibi.
Mærorem beneuola ſcit curare oratio.
Ratione regitur mortalium vita, ſola.
Maximum eſt iræ medicamentum oratio.
Oratio medica eſt animi affectus.
Verbum intempeſtiuè dictum ſubuertit vitam.
Iaculatus verbum aliquis, non recipit rurſum.
Animi ægroti eſt medicamentum oratio.

### MAEROR.

Semper quod triſtitiam inferat, eijce è vita.
Ergo cognata quædam res eſt mæror & vita.
Viuere ſine triſtitia mortalem non eſt facile.
Mærores hominibus pariunt morbos.
Nauigij portus quidem, animi autem tranquillitas portus eſt vitæ.
Non eſt mærore deterius hominibus malum.
Viuere ſine triſtitia, viri eſt felicis.

EBRIETAS.

*Præſtat ſobrium eſſe, quàm multum crapulari.*
*Multum merum parum cogit ſapere.*

FVTVRVM.

*Mortalis natus, quæ à tergo ſunt; nitere reſpicere.*
*Manet vnumquenque id quod paſſurus eſt.*
*Ne mihi contingant quæ volo, ſed quæ ſunt vtilia.*
*Nemo de futuro tutò deliberat.*

POENITENTIA.

*Pœnitentia eſt hominibus iudicium.*

MODERATIO.

*Hominem eſſe teipſum ſubmone ſemper.*
*Velis placere omnibus, non tibi ſolùm.*
*Si mortalis es, optimè mortalia etiam cogites.*
*Incomiter ſalutantibus eſt quædam gratia.*
*AEqualis ſis omnibus, etiam ſi opibus præcellas.*
*Salutis argumentum, placidi mores.*
*Illud, Noſce teipſum, vbique eſt vtile.*

NOVERCA.

*Grauius nullum aliud nouerca malum.*

IVVENTVS.

*Vigor ætatis omnino nihil à flore differt.*
*Memento iuuenis cùm ſis, quòd ſenex eris aliquando.*
*Iuuenis cùm ſis multa vtilia diſce.*
*Iuuenem tacere magis quàm loqui decet.*
*Iuuenis cùm ſis, audire ſeniores velis.*

LEGES.

*Res fortis lex eſt, ſi principem habeat.*
*Lege omnia fiunt, & iudicantur.*
*Leges ſequi patrias pulchrum eſt.*
*Vi præſente nihil poteſt lex.*
*Orator improbus leges ſubuertit.*



Ayuntamiento de Madrid

HOSPITES.

*Hoſpites pauperes ne negligas cùm videris.*
*Peregrinis ſuccurrens paria obtinebis aliquando.*
*Hoſpitij curam habe, ne vincaris.*
*Peregrinis fidis fidelis ſis amicus.*
*Hoſpitem iniuria nunquam afficies, occaſionem nactus.*
*Peregrino maximè confert modeſtia.*
*Peregrinus quũ ſis, pacatus eſto, & bene tecum agetur.*
*Hoſpitem præferre magis, hominibus mos eſt.*
*Hoſpitem tacere melius eſt, quàm vociferari.*
*Hoſpes cùm ſis, hoſpites tuos cole.*
*Peregrinos hoſpitio ſuſcipe, etenim tu hoſpes eris.*
*Peregrinatio vitam reddit modeſtiorem.*

IVSIVRANDVM.

*Virorum improborum iuſiurandum in aqua ſcribe.*
*Deum, dum peieras, ne te putes latere.*
*Iuſiurandum fuge, vel ſi iuſtè iures.*

IRACVNDIA.

*Homo cùm ſis, da operam iram vt cohibeas.*
*Sis ad iram non celer, ſed tardus.*
*Lædit virum animus in iram lapſus.*
*Viues vitam optimam, ſi animum cohibeas.*
*Animum comprimere, & cupiditatem, optimum eſt.*
*Vince iram recta ratione.*
*Ira, multa facere cogit mala.*
*Nemo cum ira tutò conſultat.*
*Ira amantium paruum viget tempus.*
*Iram ſocij & amici nitere ferre.*
*Fugere ſemper oportet dominos iratos.*

LIBERI.

*Spontanea moleſtia eſt liberorum procreatio.*
*Beatum eſt, filium bonis moribus præditum alere.*

Beatus

Beatus eſt qui felix fuit in liberis.
Columna enim domus, filij ſunt mares.
Amicitiæ maximum vinculum eſt filiorum partus.

DOCTRINA.

Poſſeſsio eſt, quæ nulla vi auferri poteſt, doctrina mortalibus.
Omnes eruditio placidos facit.
Præmium virtutis eſt, bona inſtitutio.
Reſpiciens, edoctus ſum, in aliorum mala.
Literas diſcere oportet, & vbi didiceris, prudētem eſſe.
Duplum quàm alij vident, qui literas didicerunt.
Baculus eſt eruditio vitæ.
Pulchra eſt poſſeſsio doctrina mortalibus.
Etiam inter ruſticos eſt doctrinæ ratio.
Pulchrum etiam ſeni diſcere vehementer.
Honorem omnibus affert doctrina mortalibus.
Qui literas nouit, fit longè prudentior.
Prudens ſecum circunfert opes.
Qui non vapulauit, non eruditur.
Literarum expers non videt, videns.
Non eſt doctrina poſſeſsio pretioſior.
Doctorum conſuetudine etiam euades doctus.
Prudentia eſt, etiam diſcere quod ignoras.
Prudentem apud virum primum inuenta eſt ratio.
Doctus non eſt, qui ad omnia offendit.
Sapientia diuitijs poſſeſsio pretioſior.
Docto ab homine oportet doctum quippiam diſcere.
Docti tegunt ſuas iacturas.
Quàm nihil eſt doctrina, niſi mens adſit!

HORTATIO.

Omnes ſumus ad monendum prudentes,
Nos verò errare non cognoſcimus.

PAV-

Ayuntamiento de Madrid

PAVPERTAS.

*Paupertas ingratos multos facit.*
*Honeſtè pauperem eſſe præſtat, quàm improbè diteſcere.*
*Tenuiter honeſtè viuere melius eſt, quàm lautè male.*
*Odi pauperem diuiti dantem.*
*Paupertatem ferre non eſt cuiuſuis, ſed viri ſapientis.*
*Pauperes otioſos non alit ignauia.*
*Paupertas ignobilem, etiam nobilem facit.*
*Paupertatem ferre & ſenectutem eſt difficile.*
*Nullum paupertate grauius eſt onus.*
*Pauperum rationes pondus non habent.*

FIDES.

*Ne omnia nitaris omnibus credere ſemper.*

AVARITIA.

*Mediocritatem ſectare, auaritiam fuge.*
*Malum maximum eſt in hominibus auiditas.*

OPES.

*Poſſunt diuitiæ humanos homines reddere.*
*Potentia ſunt mortalibus opes.*
*Iucundiſſimum eſt opes tenere.*
*Memineris cùm fueris diues, pauperes iuuare.*
*Si habuerimus nummos, habebimus amicos.*
*Ne properes diteſcere, ne citò pauper ſias.*
*Diuitijs fretus, iniuſta ne nitaris facere.*
*Si ſis deſidioſus, tu diues eris pauper.*
*Nullus diues euaſit repentè iuſtus cùm eſſet.*
*Aurum aperit omnia, vel Orci portas.*

CVRIOSITAS.

*Carioſe obſeruare aliena ne velit mala.*
*Multi otium agunt in deterioribus rebus.*
*Multa facere, eſt vbique putidum.*
*Multa facere etiam dolores multos complectitur.*



Ayuntamiento de Madrid

### IMPROBI.

*Vir improbus infelix eſt, etiam ſi felix ſit.*
*Viri improbi fuge comitatum ſemper.*
*Res rationis expers eſt improbitas.*
*Res quæ emendari non poteſt, eſt improbitas.*
*Viri improbi cor non emollitur.*
*Deformis ſim potius, quàm pulcher malus.*
*Doloſum virum fuge per totam vitam.*
*Se eſſe improbum nemo fatetur, etiam ſi ſit.*
*Mores improbi naturam diſtorquent.*
*Dei dedecus eſt improbos eſſe fortunatos.*
*Cum improbis conſuetudinem ſi habeas, tu euades improbus.*
*Mali viri munera vtilitatem non afferunt.*
*Et viuens malus, & mortuus punitur.*
*Cum improbo viro nullo pacto iter facias.*
*Improbum virum nunquam facias tibi amicum.*
*Corrumpunt bonos mores colloquia praua.*
*Aiunt peßimos eſſe improbi bonos.*
*Bonus improbis non vulneratur verbis.*
*Quàm difficile eſt bene viuere inter improbos mores!*
*Vt omnia commendantur, exceptis malis!*

### ATTENTIO.

*Niſi ſerues parua, perdes ampliora.*
*Diligentiæ omnia ſeruiunt.*

### SILENTIVM.

*Linguam maximè vbique nitere cohibere.*
*Linguam ſtultam damnum ſequitur.*
*Paucis iracundum accuſa.*
*Nonnullis ſilentium eſt melius quàm loqui.*
*Res contemptibilis, taciturni mores.*
*Lingua multos in perniciem duxit.*
*Vel dic quidpiam ſilentio melius, vel ſilentium tene.*

Multis

Ayuntamiento de Madrid

*Multis reſponſio ſilentium eſt.*
*Lingua, multorum cauſſa eſt malorum.*
*Vel tacendum eſt, vel meliora dicenda.*
*Melius eſt tacere, quàm loqui quæ non decet.*
*Nihil eſt ſilentio vtilius.*
*Silentium aliquando potius ſermone.*
*Non oportet tacere, ſed loqui, vbi eſt neceſſe.*

CONSCIENTIA.

*Mortalibus omnibus conſcientia Deus eſt.*

ARS.

*Portus infelicitatis eſt hominibus ars.*
*Fortuna artem inuenit, non ars fortunam.*

HONOR.

*Dum honore afficiuntur omnes lætantur mortales.*

AVDACIA.

*Te eſſe animi præſtantem ſtatue, non audacem.*
*Eſt audere, ô amice, viri non ſapientis.*
*Temeritas multis eſt auctor malorum.*
*Multa temerè aggredi, in multis errare facit.*

FORTVNA.

*Cùm ſis homo, memineris communis fortunæ.*
*Conſtans nihil in vita videtur eſſe.*
*Vbi dederis fortunæ paruum, accipies magnum.*
*Quam non facilè aſſequaris res eſt fortuna.*
*Cum Deo pugnare graue eſt, & cum fortuna.*
*Alijs dat, alijs aufert fortuna.*
*Multos miſeros erexit fortuna.*
*Omnibus ſapientibus fauet fortuna.*
*Stertunt præſente fortuna res.*
*Verſat omnia in vita parua fortuna.*
*Fortuna, mortalium res, non conſilium moderatur.*
*Caſus meliora quàm nos init conſilia.*

*Mortalia*

Ayuntamiento de Madrid

Mortalia omnia mutationes multas habent.
Tempeſtas tranſit facile in ſerenitatem.
Quam varia res eſt & fallax fortuna!

### INIVRIA.

Infelix ſis magis quàm maledicus.
Enſis ſauciat corpus, mentem ſermo.
Nihil paſſus es graue, niſi præ te feras.

### SANITAS.

Non eſt ſanitate melius quicquam in vita.
Sanitas, & mens, bona vitæ duo ſunt.

### SVPERBIA.

Superbiæ nullus fugit pœnas.
Cùm fueris felix maximè, ne ſuperbias.

### SOMNVS.

Somnus mortis præmeditatio quædam eſt.
Somnus eſt omnibus ſanitas vitæ.
Somnus, parua mortis myſteria.
Somnus eſt corporis ſalus.
Somnus famem, extremum malorum, domat.

### TOLERANTIA.

Viri eſt, quæ accidunt, generoſè ferre.
Fer mærorem, & iacturam fortiter.
Leuiter ferre oportet circunſtantes fortunas.
Vince ratione præſentem calamitatem.
Nitere fortunæ ignorantiam facilè ferre.
Facilius eſt admonere, quam cùm quid tibi acciderit, tolerare.
Fortiter ferre incommodum oportet generoſum.
Eorum, qui rerum potiuntur, diſce ferre licentiam.
Viri ſapientis eſt, damnum facilè ferre.
Ferre neceſſe eſt mortalium fortunam.



Ayuntamiento de Madrid

## INVIDIA.

*Tu pauper effectus, diuitibus ne inuide.*

## AMICI.

*Iniquum eſt moleſtia afficere amicos vltrò.*
*Omnibus fœlicibus lætor amicis.*
*Ab homine infortunato longè diſcedunt amici.*
*Conſtans ſis, & conſtanter vtere amicis.*
*Oportet amantes fidem, non verba habere.*
*In rebus aduerſis pecunia melior amicus eſt.*
*Precare habere aliquid, & ſi habeas, habebis amicos.*
*In rebus aduerſis amicos beneficijs affice.*
*Perinde vt Deum tu amicos colere velis.*
*Communes exiſtima amicorum calamitates.*
*Arguit amicos tempus, vt aurum ignis.*
*Pulchrum nihil in amicos peccare.*
*Pulchrum ſpectaculum eſt felix amicus.*
*Malum proferunt fructum mali amici.*
*Eum qui te odit odi: qui amat, vehementer ama.*
*Nimis te amans, non habebis amicum.*
*Ne fuge ſocium in malis conſtitutum.*
*Felix, quiſquis nactus eſt generoſum amicum.*
*Nunquam contendas duorum amicorum eſſe iudex.*
*Exiſtima fratres veros amicos.*
*Nemo eſt qui non ſe amet.*
*Ira cauſa arcana ne vulgaueris amici.*
*Nulla eſt poſſeſſio pretioſior amico.*
*Nitere amicis non malus eſſe amicus.*
*Multi menſæ, non veritatis amici.*
*Pecuniæ hominibus conciliant amicos.*
*Amicum propter iram in rebus aduerſis ne negligas.*
*Amicus enim amicum adiuuans, ſibi laborat.*
*Amici mores noſce, non autem oderis.*



Ayuntamiento de Madrid

*Amicus mihi incommodans, nihil ab inimico differt.*
*Amicos habens, exiſtima theſauros habere.*
*Nemo ſeipſo plus amat quenquam.*
*Amicitiæ iuſtæ poſſeſſio eſt tutiſſima.*
*Amicum conſtantem in aduerſis ne metuas.*

INDVSTRIA.

*Re ipſa gnauus ſis, non verbis ſolùm.*
*Multis laboribus quæ pulchra ſunt comparamus.*
*Laborare neceſſe eſt eos qui volunt eſſe fœlices.*
*Induſtrius ſis, & vitam comparabis honeſtam.*
*Quàm ſuaue eſt doctis meminiſſe laborum!*
*Quàm multa mortalibus otium affert mala!*
*Ipſa te docent vitæ negotia.*

PRVDENTIA.

*Bonum maximum prudentia eſt ſemper.*
*Viri forma ex oratione cognoſcitur.*
*Optimum eſt omnia noſſe honeſta,*
*Si rectè ſentias, in omnibus felix eris.*
*Semper potiſſimum eſt, quod eſt tutiſſimum.*
*Nonnulli ſunt inconſulti fœlices.*
*Peritia imperitiam ſuperat.*
*Res ſuauis pater prudentiam loco iræ habens.*
*Suauiſſimum eſt diuitem prudentem eſſe.*
*Odi ſapientem, quicunque ſibi non eſt ſapiens.*
*Mente aliquid agitare eſt potius quam quieſcere.*
*Si ſis prudens, fuge improbitatem.*
*Præceps prudentia odium generat.*
*Nemo quod intelligis nouit, quod facis videt.*
*Non vbique prudens conuenire videtur.*
*Illud, Nihil temerè, vbique eſt vtile.*
*Animi magnum frænum eſt hominibus mens.*
*Quàm nihil eſt eruditio, niſi mens adſit!*

NATV-

Ayuntamiento de Madrid

### NATVRA.

Quæ dedit omnia, etiam recipit natura.
Natura cuiuſque generis eſt patria.
Natura omnes doctrinas ſuperat.
Naturam prauam mutare non eſt facile.

### TEMPVS.

Profert in lucem veritatem tempus.
Longa ætas, calamitates multas habet.
Omnia retegens tempus in lucem fert.
Conſiliarius nemo eſt melior, quàm tempus.
Tempore omnia fiunt, & iudicantur.
Tempus iuſtum virum arguit ſolum.
Tempus euertit omnia, & obliuionem inducit.

### MVTVVM.

Poſtquam accepiſti, redde ô homo, & accipies rurſum.
Vſuræ ſeruos liberos faciunt.

### MENDACIVM.

Mentiens nemo celat alios multo tempore.
Mendacij calumnia vitam labefactat.
Mendacium odit quiſquis ſapiens eſt & probus.

### VITVPERIVM.

Mores iuſtos mala non attingit oratio.
Opprimit ſemper calumnia meliora.
Eundem laudare & vituperare, hominis eſt improbi.

### ANIMVS.

Animum exerce in bonis operibus.

FINIS.



Ayuntamiento de Madrid

# DE POETICA VIRTVTE, ET STVDIO HVMANITATIS impellente ad bonum.

ANTONIO MANCINELLO AVCTORE.

## POETARVM LAVS.

Cicero pro Archia.

ATQVI ſic à ſummis eruditiſſimíſque hominibus accepimus, ceterarum rerum ſtudia, & doctrina, & præceptis, & arte conſtare; Poëtam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi diuino quodā ſpiritu inſlāmari. Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poëtas, quòd quaſi deorum aliquo dono atque munere commēdati nobis eſſe videantur. Sit igitur, iudices, ſanctum apud vos humaniſſimos homines hoc Poëtæ nomen, quod nulla vnquam barbaria violauit. Saxa & ſolitudines voce reſpondent, Homerum Colophonij ciuem ſuum eſſe dicunt, Chij ſuum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnij verò ſuum eſſe confirmāt. Charus fuit Aphricano ſuperiori noſter Ennius. Itaque etiam in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus. Quid noſter hic Magnus, qui cum virtute fortunā adæquauit: nónne Theophanem Mitylenæum ſcriptorē rerum ſuarum in concione militum ciuitate donauit, & noſtri illi fortes viri, ſed ruſtici, aut milites, dulcedine quadā gloriæ commoti, quaſi participes eiuſdem laudis magno illud clamore approbauerunt?

Plin. lib. 7. nat. hiſt. cap 29.

Alexander magnus inter ſpolia Darij Perſarum regis vnguentorum ſcrinio capto, quod erat aurō, gemmíſq;, ac margaritis pretioſum, varios eius vſus amicis de-

mon-

Ayuntamiento de Madrid

*monſtrantibus( quando tædebat vnguenti bellatorē, & militia ſordidum ) Imò Hercule, inquit, librorū Homeri cuſtodiæ detur, vt pretioſiſſimum humani animi opus quàm maximè diuiti opere ſeruaretur. Idem Pindari vaſtis familiæ penatibúſque iuſſit parcere cùm Thebas caperet. Ariſtotelis philoſophi patriam condidit, tantæq́ue rerum claritati tam benignum teſtimonium miſcuit. Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis. Sophoclem tragici cothurni principem defunctum ſepeliri Liber pater iuſſit, obſidētibus mœnia Lacedæmonijs: Lyſandro eorum rege in quiete ſæpius admonito, vt pateretur humari delitias ſuas: requiſiuit rex, quis ſupremum diem Athenis obijſſet: nec difficulter ex ijs quæ Deus ſignificaſſet, intellexit: pacémque funeri dedit.*

**Philomythes, & fabularum amator eſt aliqualiter philoſophus, quia fabula ex mirabilibus conſtituitur. μυθεύομαι autem fabulor eſt nobis, μῦθος fabula.*

Ariſt. lib. 1. Meteo.

**Sapientiſſimi, qui de poëticis quicquā elocuti ſunt, primam quādam philoſophiam Poeticam eſſe adſerunt.*

Strab. lib. 1. Geograph.

**Antiqui verò Poeticam primā philoſophiam quandam eſſe perhibent, qui ab ineunte nos ætate ad videndi rationes adducit, quæ mores, quæ affectiones edoceat: quæ res gerendas cum iucunditate præcipiat: poſteriores verò ſolum Poetam ipſum ſapientem eſſe aſſeruerunt. Quamobrē Græcorum ciuitates ab ipſo primordio eorum liberos in Poetica erudierūt, non nudæ vtiq; voluptatis, ſed caſtæ moderationis gratia.*

Et inferius.

**Nunquid & poetarum auditoribus nihil confert ad virtutem, vt locorum multorum, & militiæ, & agriculturæ generi exiſtant?*

Et infrà.

**Denique credamus ſummis oratoribus, qui veterum poëmata, vel ad fidem cauſarum, vel ad ornamentum*

Fabius Quint. lib. 1.

 elo-

eloquentiæ adſumunt. Nam præcipuè quidem apud Ciceronem, frequẽtius tamen apud Aſinium etiam, & cæteros qui ſunt proximi, vidimus Ennij, ac Pacuuij, Lucilij, Terentij, Cæcilij, & aliorum inſeri verſus, ſumma non eruditionis modò gratia, ſed etiam vtilitatis, cùm poëticis voluptatibus aures à forenſi aſperitate reſpirent: quibus accedit non mediocris vtilitas, cùm ſententijs eorum velut quibuſdam teſtimonijs, quæ propoſuêre confirment.

Idem lib. 5. *Sententijs quidẽ Poëtarum non orationes modò ſunt repertæ, ſed libri etiam Philoſophorum, qui quanquam inferiora omnia præceptis ſuis, ac literis credunt, repetere tamen authoritatem à pluribus verſibus non faſtidierunt.

## DE STVDIO HVMANITATIS.

Cicero pro Archia. *Hæc ſtudia adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis profugium atque ſolatium præbent: delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.

Aul. Gell. lib. 12. cap. 15. *Qui verba Latina fecerunt, humanitatem appellarunt id propemodum, quod Græci παιδείαν vocant, nos eruditionẽ, inſtitutionemq; in bonas artes dicimus, quas qui ſynceriter cupiunt, appetúntque, ij ſunt vel maximè humaniſſimi. Huius enim ſcientiæ cura & diſciplina ex vniuerſis animantibus vni homini data eſt: Idcirco humanitas appellata eſt: vtq; Cicero pro Archia inquit, Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur.

VNVM

Ayuntamiento de Madrid

## VNVM DEVM PATREM OMNIPOTENTEM, creatorem cæli & terræ, omniumq́ue rectorem.

**O pater, ô hominum, diuúmque æterna poteſtas.* Virg. 10. AEn.
**Tum pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas,* Ibidem.
*Infit.*
**Ipſe deûm tibi me claro demittit olympo* Idem 4. AEn.
*Regnator, cælum, & terras qui numine torquet.*
**Iuppiter omnipotens, rerúmque æterna poteſtas,* Home. 3. Iliad.
*Cuncta tuo qui regna pater ſub numine torques.*
**Iure igitur genitórque deûm, rectórque vocatur:* Ouid. 2. Triſt.
*Iure capax mundus nil Ioue maius habet.*

**Innumeros quidem credere, videlicet deos, atq; etiam ex virtutibus vitijsq́ue hominum, vt pudicitiam, concordiam, mentem, ſpem, honorem, clementiam, fidem, aut (vt Democrito placuit) duos omnino, pœnam & beneficium, maiorem ad ſecordiam accedit.* Plin. lib. 2. nat. hiſt.

## DEVM ESSE VBIQVE.

**Ab Ioue principium Muſæ: Iouis omnia plena.* Virg. Eclo. 3.
*Ille colit terras.–*
**Iuppiter eſt quodcunque vides, quocunque moueris.* Lucanus.
**Spiritus intus alit, totámque infuſa per artus* Virg. 6. AEn.
*Mens agitat molem.–*

**Ipſe enim eſt ſpiritus, ſine quo nihil mouetur, aut regitur.*

## DEVM ESSE OMNIBUS AEQVVM.

**–Rex Iuppiter omnibus idem.* Idem 10. AEn.
**–Deus æquus vtrunque* Hom. 20. Iliad.
*Rijicit.–*
**Mite, & cognatum homini Deus.* Silius lib. 4.



Ayuntamiento de Madrid

DEVM GAVDERE FIDE.

Acent. Ouid. Non boue mactato cæleſtia numina gaudent,
Sed, quæ præſtanda eſt, & ſine teſte, fide.

DEVM GAVDERE SOLA etiam voluntate.

Ouid. 3. de Pont. *Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.
Hac ego contentos auguror eſſe deos.
Hæc facit vt pauper veniat quoque gratus ad aras,
Et placeat cæſo non minus agna boue.
Nec quæ de parua pauper dijs libat acerra
Thura, minus grandi quàm data lance, valent.

DEVM COLENDVM ET non ſpernendum.

Virg. 2. Georg. *In primis venerare deos.--

Nemo autem poëtas debet arguere, quòd deos aut diuos dicant. Eo nanq; modo accipiunt illi, quo & Romana eccleſia. Legimus enim: Quoniam tu dominus altiſſimus ſuper omnẽ terram, nimis exaltatus es ſuper omnes deos, id eſt, angelos ſanctos, qui dicuntur dij participatiuè. Daniel. 2. Exceptis dijs, quorũ non eſt cum hominibus conuerſatio. Ita Nicolaus de Lyra expoſuit. Diuus etiam Cyprianus ait: Deos enim plures eſſe participatione nemo negat.

Idem 6. AEn. *Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.
Home. 4. Iliad. --Contemni numen Olympi
Haud impune ſinunt ſuperi ſcelera impia, quanquam
Diſtulerint. culpas hominum grauiora morantur
Supplicia.--
Idem 24. Iliad. Dignus honos ſuperûm.--
Ibidem. Ibo equidem: neque enim contemnere fas eſt
Iuſſa Iouis.--
Ibidem. Nam vereor mandata Iouis.

DE

Ayuntamiento de Madrid

### DE BLASPHEMIA.

*Nec nos inſanæ meditantes iurgia linguæ Tib.3.5.
Impia in aduerſos ſoluimus ora deos.

### CHRISTVM VENISSE E cælo, & virginem.

*Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo, Virg. Ecl.4.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cælo demittitur alto.

### NE IVRES VANE PER EVM.

*--Tantùm periuria vita. Ouid.18.Ep.
*Non bene conducti vendunt periuria teſtes. Ouid.1.Amo.

### FIDEM SERVANDAM.

*Nec violaſſe fidem tentantibus æquora prodeſt, Dido Ouidian
Perfidiæ pœnas exigit ille locus.
*Reddite depoſitum, pietas ſua fœdera ſeruet, Ouid.3.Artis
Fraus abſit, vacuas cædis habete manus.
-Neu rumpite fœdera pacis, Silius lib.2.
Nec regnis poſtferte fidem.

### SABBATHA SANCTIFICES.

*Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator, Tib.2.1.
Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus.
*Omnia ſint operata Deo: non audeat vlla Ibidem.
Lanificam penſis impoſuiſſe manum.
*Ille petit veniam, quoties non abſtinet vxor Iuuen.6.
Concubitu, ſacris, obſeruandíſque diebus.

### NATALI DIE SACRO ET orandum & ſacrificandum.

*Dicamus bona verba: venit natalis ad aras. Tib.2.2.
Quiſquis ades, lingua vir, mulierque faue.
Vrantur pia thura focis, vrantur odores,
Quos tener è terra diuite mittit Arabs.



Ayuntamiento de Madrid

### CASTA PLACERE DEO, & Superis.

Idem 2.1. *Vos quoque abeſſe procul iubeo. diſcedat ab aris,
Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.
Caſta placent ſuperis. pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.
Virg. 3. AEn. *Hac caſti maneant in relligione nepotes.

### HABEAS IN HONORE PARENTES.

Idem 2. AEn. *Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit.
Quò res cunq; cadent, vnum, & commune periclum,
Vna ſalus ambobus erit.--
Ibidem. *Aſcanium, Anchiſenque patrem, Teucroſque penates
Commendo ſocijs.
Idem 9. AEn. Vnum oro, genitrix Priami de gente vetuſta
Eſt mihi: quam miſeram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia regis Aceſtæ.
Hanc ego nunc ignaram huius, quodcunque pericli eſt,
Inque ſalutatam linquo (nox, & tua teſtis
Dextera) quòd nequeam lacrymas perferre parentis.
At tu, oro, ſolare inopem, & ſuccurre relictæ.
Hanc ſine me ſpem ferre tui: hac audentior ibo
In caſus omnes.--

### NON OCCISOR ERIS.

Iuuen. 8. *Reſpice quid moneant leges, quid curia mandet.
Præmia quanta bonos maneant.--
Ouid. 2. Faſt. *Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.
Silius 4. *-Cædémque feros auertite ritus.
Ouid. 3. Art. *-Vacuas cædis habete manus

NON

NON FVR.

*-Me nemo miniſtro Fur erit.- Iuuen.5.

NON MOECHVS.

*Nil dictu fœdum, viſúque hæc limina tangat, Idem 14.
Intra quæ puer eſt: procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reuerentia. ſi quid
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos:
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
*Ah pereat, didicit fallere ſi qua virum. Tib.3.4.
*Odi concubitus qui non vtrinque reſoluunt, Ouid. 3. Ar
Hoc eſt cur pueri tangar amore minus.
*O fuge te teneræ puerorum credere turbæ: Tib. 1.4.
Nam cauſſam iuſti ſemper amoris habent.
*Decepta eſt opera nulla puella mea. Ouid.

NON TESTIS INIQVVS.

*Eſto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem Iuuen.8.
Integer. ambiguæ ſi quando citabere teſtis,
Incertæque rei, Phalaris licet imperet, vt ſis
Falſus, & admoto dictet periuria tauro:
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere cauſſas.

NON VLLIVS NVPTAM CVPIAS.

*Nupta virum timeat, rata ſit cuſtodia nuptæ: Ouid. 3. Ar
Hoc decet, hoc leges, iúſque, pudórque iubent.
*Nemo malus felix, minimè corruptor, & idem Iuuen.4.
Inceſtus, cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo terram ſubitura ſacerdos.
*Sed neque me nuptæ didicerunt furta magiſtro. Ouid.2.Tr
*-Coniunx erepta marito Hom.22.Ili

Tanti

Ayuntamiento de Madrid

Tanti cauſa mali, & belli reddetur origo
Tyndaris, & quicquid cum pellice vexit adulter.
Id.1.Remed. *Nil mihi cum nupta, Thais in arte mea eſt.

### DE SVPERBIA, ET VANA gloria.

Iuuen.13. Victrix fortunæ ſapientia. dicimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,
Nec iactare iugum vita didicere magiſtra.
..4.ad Amicā. -Procul abſit, gloria vulgi.

### DE AVARITIA

Iuuen. 12. Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt.
Idem 14. -Sed quæ reuerentia legum,
Quis metus, aut pudor eſt vnquam properantis auari?
Ibidem. -Menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam;
Inquantum ſitis, atque fames, & frigora poſcunt,
Quantum, Epicure, tibi paruis ſuffecit in hortis,
Quantum Socratici ceperunt ante Penates.
Ibidem. *Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.
Ibidem. *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.
Idem 8. *-Modúmque
Pone & auaritiæ: miſerere inopum ſociorum.
Id.lib.1.Faſt. *Tempore creuit amor, qui nunc eſt ſummus, habendi:
Vix vltra quò iam progrediatur habet.
Creuerunt & opes, & opum furioſa libido:
Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.
In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias. pauper vbique iacet.
Cic.1.de Leg. *Quid enim fœdius auaritia? quid immanius libidine?
..uid.1.Amor. *Turpe reos empta miſeros defendere lingua:
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

DE

Ayuntamiento de Madrid

## DE LVXVRIA.

*Quid queror infelix? turpes diſcedite curæ. Tib.3.6.
Ad mala quiſque animum referet ſua, ponet amorem.
*Nec minus erucas aptum eſt vitare ſalaces, Ouid.2.Rem.
Et quicquid Veneri corpora noſtra parat.
Vtilius ſumas acuentes lumina rutas,
Et quicquid Veneri corpora noſtra negat.
*Quo feror? obſcenæ procul hinc diſcedite flammæ. 9.Met.
*Compeſce amoris impij flammas, precor. Senec.Hip.
*Totum per orbem maximum exortum malum in Octau.
Luxuria, peſtis blanda.
*Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper Claudian.
Corporis arbitrijs hebetat caligine ſenſus.

*Refrenet primùm libidines, ſpernat voluptates, iracundiam teneat, coërceat auaritiam, ceteras animi labes repellat. Cic.Parad.

## DE IRA.

*Exſpectata diu tandem prouincia cùm te Iuuen.8.
Rectorem accipiet, pone iræ fræna, modúmque,
Pone & auaritiæ: miſerere inopum ſociorum.
-Procul hinc procul ira recedat, Home.8.Iliad.
Quæ turbat ſapientem hominem, cùm falſa per artus
Humanos fumi ſurgit creſcentis ad inſtar
Peſſima.-
*Iurgia iam ceſſent, mos eſt mulieribus iſte, Idem 20.Iliad.
Cùm rixas acuunt, & ſe clamore ſoluto,
Extra tecta ferunt, & verba minantia iactant.
*Iræ Thyeſtem exitio graui Hor.1.Car.17.
Strauêre: & altis vrbibus vltimæ
Stetère cauſſæ, cur perirent

Fundi-

Ayuntamiento de Madrid

Funditus, imprimerétque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.
Ouid.1.Amor. *Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram:
Sæpe ſimultates ira morata facit.

## DE GVLA.

Iuuen.11. *Interea guſtus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretijs obſtantibus: interius ſi
Attendas, magis illa iuuant, quæ pluris emuntur.
Ibidem. *Nec mullum cupias, cùm ſit tibi gobio tantùm
In loculis: quis enim te deficiente crumena,
Et creſcente gula manet exitus, ære paterno
Ac rebus merſis in ventrem?
Ibidem. *Tales ergo cibi, qualis domus, atque ſuppellex.

## DE INVIDIA.

Ouid.3.Triſt. *Viue ſine inuidia.
.4.ad Amicũ *Nil opus inuidia eſt. procul abſit gloria vulgi.
.lib.1. Epiſt. *Neque enim ego, vt multi, inuideo alijs bonum, quo ipſe careo.
Cicero pro L. Cornelio. *Eſt enim huius ſæculi labes quædam & macula, virtuti inuidere.

## DE ACEDIA.

Iuuen.9. Non erat hac facie miſerabilior Crepereius
Pollio, qui triplicem vſuram præſtare paratus
Circuit, & fatuos non inuenit. vnde repentè
Tot rugæ? certè modico contentus agebas
Vernam equitem, conuiua ioco mordente facetus,
Et ſalibus vehemens intra pomeria natis.
Omnia nunc contra, vultus grauis, horrida ſiccæ
Sylua comæ, nullus tota nitor in cute.

VOTA

VOTA ET PRECES AGENDAS.

*-Ceſſas in vota precéſque — Virg.6. AEn.
Tros, ait, AEnea: ceſſas?
*Flectitur iratus voce rogante Deus. — Ouid.1. Art.
*Sæpe Iouem vidi, cùm iam ſua mittere vellet — 5. Faſt.
Fulmina, thure dato, ſuſtinuiſſe manum.

POENITENTIAM IVVARE.

*Sæpe leuant pœnas, ereptáque lumina reddunt, — Ouid.1.Pont.
Cùm bene peccati pœnituiſſe vident.
*Quem pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens. — Senec.Thyeſt.

NON CREDENDVM CANTIBVS.

*Deme veneficijs, carminibúſque fidem. — Ouid.1.Rem.
*Teſtor chara deos, & te germana, tuúmque — Virg.4.Aen.
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

SOLAM PECCANDI VOLVNTATEM haberi pro facti crimine.

*Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas. — Iuuen. 13.
Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet.
*Auſi omnes immane nefas, auſóque potiti. — Virg.6.Aen.eoſdem docet eſſe in Tartaro.

FESTA LVCE NON ESSE VENdendum, emendúmue.

*Quæ tam feſta dies, vt cenſet prodere furem, — Iuuen. 13.
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum
Quæſitum, & partos gladio, vel pyxide nummos?

VINDICTAM QVAERI NON DEBERE.

*--Quippe minuti — Ibidem.
Semper, & infirmi animi, exiguíque voluptas
Vltio. continuò ſic collige, quòd vindicta
Nemo magis gaudet, quàm femina.

ANI-

Ayuntamiento de Madrid

## ANIMAS IMMORTALES ESSE.

Ouid.15.Met. *Morte carent animæ.-

Tul.6. de Rep. *Et vt mundum ex quadam parte mortalem ipſe Deus æternus, ſic fragile corpus animus ſempiternus mouet.

Manil.lib.4. *An dubium eſt habitare Deum ſub pectore noſtro,
In cælúmque redire animas, cælóque venire?

Senec. in Thy. Mortem aliquid vltra eſt? vita.

## INFERNVM ESSE MALORVM pœnam.

Virg.6.Aen. Hac iter Elyſium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Ibidem. *Cnoſsius hæc Rhadamanthus habet duriſsima regna,
Caſtigátque auditque dolos, ſubigítque fateri,
Quæ quis apud ſuperos, furto lætatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Ibidem. *Hîc, quibus inuiſi fratres, dum vita manebat,
Pulſatúsue parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis; quæ maxima turba eſt:
Quíque ob adulterium cæſi, quíque arma ſecuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Incluſi pœnam exſpectant &c.

Ibidem. *Vendidit hic auro patriam, dominúmque potentem
Impoſuit: leges fixit pretio, atque refixit.
Hic thalamum inuaſit natæ, vetitóſque hymenæos.
Auſi omnes immane nefas, auſóque potiti.

Ibidem. *Ergo exercentur pœnis, veterúmque malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes,
Suſpenſæ ad ventos: alijs ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

Senec.Trag.1. *Certus incluſos tenet locus nocentes.



Ayuntamiento de Madrid

PVNIRI POST MORTEM, QVI non purgarint ſcelus.

*Cnoſsius hæc Rhadamantus habet duriſsima regna, Virg. 6. Aen.
Caſtigátque, audítque dolos, ſubigítque fateri,
Quæ quis apud ſuperos, furto lætatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
*Et pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccauerint. Cic. pro Milo.

PARADISVM, SEV BEATORVM locum inueniri.

*Deuenêre locos lætos, & amœna vireƈta Virg. 6. Aen.
Fortunatorum nemorum, ſedéſque beatas.
*Hîc manus ob patriam pugnando vulnera paſsi, Ibidem.
Quíque ſacerdotes caſti, dum vita manebat,
Quíque pij vates, & Phœbo digna locuti,
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes,
Quíque ſui memores alios fecere merendo.

IMPIVM DISPLICERE DEO.

*Pone deos, & quæ tangendo ſacra prophanas, Dido Ouidiana.
Non bene cæleſtes impia dextra colit.
*Nec faƈta impia fallacium hominum cælicolis placent. Cat. Ep. 28.
*Vt fert fama, impios ſupplicia vinculis Sen. Trag. 1.
Sæua perpetuis domant.

QVID ORANDVM A DEO.

*Orandum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano. Iuuen. 10.
Fortem poſce animum, & mortis terrore carentem:
Qui ſpatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoſcunque labores,
Neſciat iraſci, cupiat nihil, & potiores
Herculis ærumnas credât, ſæuóſque labores
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.
*Permittes ipſis expendere numinibus, quid Ibidem.

Q Conue-

Conueniat nobis, rebúſque ſit vtile noſtris.
Nam pro iucundis aptiſſima quæque dabunt dĳ.
Carior eſt illis homo, quàm ſibi. nos animorum
Impulſu, & cæca, magnáque cupidine ducti
Coniugium petimus, partúmque vxoris; at illis
Notum, qui pueri, qualíſque futura ſit vxor.
Sil.lib.4. *-Iuſta ite precati
Thure pio, cædúmque feros auertite ritus.

IRA DEI QVID POSSIT.

Ouid.5.Triſt. *Plus valet humanis viribus ira Dei.
Homer.5.Ili. *Dura quidem res eſt mortalibus ira Deorum.

VENENA NON DANDA NEC ſcelera cogitanda.

Tib.3.5. *Nec mea mortiferis infecit pocula ſuccis
Dextera, nec cuiquam certa venena dedi:
Nec nos ſacrilegos templis admouimus ignes,
Nec cor ſollicitant facta nefanda meum.
Idem 3,6. *Quid queror infelix? turpes diſcedite curæ.

CVLTVM HONESTVM FORE.

Phædra Ouidia. *Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti:
Fine coli modico forma virilis amat.
Ouid.1.Art. *Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos,
Nec tua mordaci pumice crura teras.
Forma viros neglecta decet.-

QVALES ESSE OPORTEAT.

Iuuen.8. *Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniáque arma capeſſas,
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

ALEAM FVGIENDAM.

Idem 1. *Et quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit ſinus? alea quando
Hos animos? neque enim loculis comitantibus itur

Ad

*Ad caſum tabulæ, poſita ſed luditur arca.*
*Prælia quanta illic diſpenſatore videbis*
*Armigero! ſimpléxne furor ſeſtertia centum*
*Perdere, & horrenti tunicam non reddere ſeruo?*
**Si damnoſa ſenem iuuet alea, ludit & heres.* Idem 14.
**Diſce bonas artes, moneo, Romana iuuentus.* Ouid. 1. Art.
**Sit procul omne nefas, vt ameris amabilis eſto.* 2. Art.

NON ESSE PVBLICANDA malefacta.

**Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra* 3. Triſt.
*Fortunam debet quiſque manere ſuam.*
**Altum ſilere quod voles, prius ſile.* Senec. Hip.
**Quis furor eſt quæ nocte latent in luce fateri?* Ouid. 3. Amor.
*Et quæ clàm facias facta referre palàm?*
*Nec peccata refer.-* 2. Rem.

SACRA NON TANGENDA à profanis.

**Tu genitor, cape ſacra manu, patrióſque Penates.* Virg. 2. Aen.
*Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti*
*Attrectare nefas: donec me flumine viuo*
*Abluero.-*
**Pone deos, & quæ tangendo ſacra prophanas,* Dido Ouidian.
*Non bene celeſtes impia dextra colit.*

NON ESSE FACINVS, LEGERE verſus molles.

**Non tamen eſt facinus molles euoluere verſus,* Ouid. 2. Triſt.
*Multa licet caſtè non facienda legant.*
**Nam caſtum eſſe decet pium poëtam* Cat. Ep. 16.
*Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt.*

QVARE MORTALIVM QVIDAM à Dei cultu abhorrent.

**Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus vſque* Iuuen. 10.

*Auroram, & Gangen, pauci dinoſcere poſſunt*
*Vera bona, atque illis multum diuerſa, remota*
*Erroris nebula. quid enim ratione timemus,*
*Aut cupimus? -*
Idem 13. **Rari quippe boni: numero vix ſunt totidem, quot*
*Thebarum portæ, vel diuitis oſtia Nili.*
Ibidem. **Sunt qui in Fortunæ iam caſibus omnia ponunt,*
*Et nullo credunt mundum rectore moueri,*
*Natura voluente vices & lucis, & anni,*
*Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.*
*Eſt alius metuens, ne crimen pœna ſequatur:*
*Hic putat eſſe deos, & peierat, atque ita ſecum:*
*Decernat quodcunque volet de corpore noſtro*
*Iſis, & irato feriat mea lumina ſiſtro,*
*Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego nũmos. &c.*
*Vt ſit magna, tamen certæ lenta ira deorum eſt.*
Silius 4. **Heu primæ ſcelerum cauſſæ mortalibus ægris*
*Naturam neſcire deûm! iuſta ite, precati*
*Thure pio, cædúmque feros auertite ritus.*
*Mite & cognatum eſt homini Deus.*

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX LOCORVM COMMVNIVM QVI HOC LIBELLO CONTINENTVR.

*A.*

*ABſtinentia ciborũ* 78
*Acedia* 238
*Adhortatio* 73
*Aduerſa interdũ prodeſſe.* 123
*Adulterium* 21
*Æmulatio* 51
*Ætas* 178
*Ætas aurea, argentea, ahenea, ferrea* 123, 194.
*Ætas virilis* 42. 179. 180
*Ætates animantium* 195
*Ætates hominũ* 179. 193
*Ætatum diſcrimina* 179
*Æuum* 178
*Ahenea ætas* 194
*Aleam fugiendam* 238
*Amans & amator* 78. 214
*Ambitio* 161
*Amicitia* 123
*Amicus* 124. 219
*Amici vitia noſcenda, non odio proſequenda* 126
*Amiſſorum deſideriũ* 190
*Amor* 80
*Amor pudicus* 87
*Animantium ætates* 195
*Animas immortales eſſe* 240
*Animus* 33 227
*Anni quatuor tempeſtates* 40. 191
*Argentea ætas* 194
*Arrogantia* 161
*Ars* 225
*Artes humanæ & liberales* 45. 69
*Artium bonarum ſtudium* 47
*Aſperitas* 157
*Aſſentatio* 130
*Aſsiduitas* 73
*Attentio* 222
*Auaritia* 21. 138. 221. 236
*Auaritiæ ſedes* 66
*Audacia* 165. 223
*Aurea ætas* 193
*Authorum bonorum lectio* 47
*Auxilium* 210

*B.*

*BEatus* 197. *eiúſque vita* 30
*Beatorum locus* 24
*Bellum* 129
*Beneficentia* 133
*Beſtiarum & hominũ diſcrimen* 38. 44
*Blaſphemia* 232



Ayuntamiento de Madrid

*Bona liberorum* 58
*Bonus vir* 27.127
*Bonum* 15

C.

CAntibus non credendum 239
*Carmina immortalia* 54
*Caſta placere Deo & ſuperis* 234
*Caſus* 123
*in Cauſidicos* 133
*Celeritas* 168
*Cerberus* 18
*Charontis deſcriptio & officium* 18
CHRISTI *deſcriptio* 198
CHRISTVM *veniſſe è cælo & virginem* 233
*Ciborum abſtinentia* 78
*Ciues* 189
*Clementia* 156
*non Cogitanda ſcelera* 242
*Concordia* 128
*non Concupiſcenda nupta* 230
*Coniugium* 189
*Conſcia mens recti & mali,* 33.34
*Conſcientia* 223
*Conſilium* 210
*Conſolatio* 167
*Conſuetudo* 16.106
*Contagio* 188
*Contentio* 128
*Continentia* 77
*Crimina celari non poſſe* 35
*Cultum honeſtum fore* 238
*Cura* 76
*Curioſitas* 221

D.

DEſperatio 168
*Deus, & deorum poteſtas* 100.215
*Deus non ſpernendus* 227
*à Dei cultu quare mortalium quidam abhorrent* 139
*Deo caſta placere* 229
*Deo diſplicere impium* 236
*à Deo quid orandum* 236
*Deum colendum eſſe* 232
*Deum eſſe omnibus æquū* 231
*Deum eſſe qui cuncta regat, indicant creaturæ* 113
*Deum eſſe vbique* 231
*Deum gaudere fide* 231
*Deum vnum eſſe patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ* 231
*Dei ira quid poſſit* 242
*Dij quibus rebus colendi* 112
*à Dijs quæ petenda* 108
*erga Deos impietas* 20

*Dis*

Ayuntamiento de Madrid

Die ſacro orandum 228
Diſcipulorum officium erga præceptores 65
Diſcordia 25.128
Diſſimulatio 131
Diuitiæ 136
Doctrina 420
Dolor acuit ingenium 156

E.

EBrietas 77. 218
Educationis vis 59
Egeſtas 25
Elementa 191
ex Elementis conſtare mundum 37
Elegantia morum 95
Eloquentia & eius vis 52
Elyſij campi deſcriptio 22
Elyſiorum incolæ qui 22
Exemplorum vis 62
Exitus 174
Experientia 51

F.

FAma 170
Fama bona 169
Fames 79.217
Faſtus 96
Fatum 114
Felicitas 214
Ferrea ætas 194
Feſta luce non eſſe vendendum emendumue 239
Fides 127.221
Fides inter amicos ſeruanda 127.233
Fides hoſti ſeruanda 128
Fide Deum gaudere 217
ex Fonte hauriri aquas dulciores 190
Forma 185
Fortitudo 163
Fortuna & eius inconſtantia 118.223
Fortuna ſecunda 122
Suæ quiſque fortunæ faber 122
Fraus 21
non Fur eris 235
Futurum 218

G.

GArrulitas 131
Gaudium 166
Gloria 172.213
Gloria vana 236
in Gratiam reditus 128
Gula 238

H.

HIſtoriarum vſus 69
Homo Dei imago 37
Hominis excellentia 37
Hominis fragilitas 38
Hominis ingenium & induſtria 45
Hominum ætates 179 193.



Ayuntamiento de Madrid

*Hominum dona varia* 37
*Hominum & beſtiarũ diſcrimen* 38.44
*Hominum malignitas* 35
*Hominum miſera vita* 39
*Hominum natura corrupta* 43 63
*Honor* 172.223
*Hortatio* 220
*Hoſpitalitas* 135
*Hoſpites* 219
*Hoſti fides ſeruanda* 128
*Humanæ artes* 45
*Humanæ naturæ excellentia* 14
*Humani ingenij diuerſitas* 36
*Humanitatis ſtudium* 230
*Humanum genus quale* 13

I

*IActantia* 161
*Imperium* 104
*Impetus* 159
*Impietas erga deos* 20
*Impietas erga parentes* 21
*Impium diſplicere Deo* 241
*Impiorum ſupplicia* 21
*Impijs cur bene ſit* 113
*Improbi* 222
*Improbi coërcendi* 33
*Induſtria* 226
*Induſtria hominis* 44
*Infamia* 171
*Inferorum deſcriptio* 17
*Inferorum monſtra* 17
*Inferorum portæ decem* 23
*Apud Inferos manium varius ſitus* 18
*Infernales fluuij* 24
*Infernum eſſe malorum pœnam* 240
*Infortunium* 213
*Ingenium hominis* 44
*Ingenij humani diuerſitas* 36
*Ingenij monimenta, immortalia* 54
*Ingenia acuunt dolor & paupertas* 156
*Ingratitudo* 134
*ingratus* 134
*Ingrata memoria* 209
*Inimicitia* 125
*Iniuria* 224
*Inſperata* 168
*Integer* 197
*Inuidia* 159 160.238
*Ira* 96.158.237
*Ira Dei quid poſſit* 237
*Iracundia* 158.219
*Iræ ſedes* 66
*Iudex* 132
*Iudices iniqui* 132
*Iudicium* 216
*Iura inuenta metu iniuſti.* 71
*non Iurandum vanè per Deum* 233
*Ius* 99
*Iuſiurandum* 219
*Iuſtitia* 100


Iuſti-

*Iuſtitia diuina* 213
*Iuſtus* 100.197.212
*Iuuentus* 42.179.218

L.

*LAbor* 73
*Læſus ſemel timet & cauet* 191
*Laus* 171.214
*Leges* 71.218
*Lethum* 113
*Liber quis?* 66
*Leberalitas* 133
*Liberi* 219
*Liberorum bona* 58
*Liberorũ officium erga parentes* 60
*Licentia* 60.66.72
*Liuor* 25.159
*Lucrum* 141.216
*Luxuria* 237
*Luxus* 80

M.

*MAleſacta non eſſe publicanda* 237
*Maniũ varius ſitus apud inferos* 18
*Mathematicorum encomium* 189
*Medici* 215
*Medicina* 188
*Mediocritas* 145
*Memoria* 72
*Memoria ingrata* 209
*Mendacium* 222
*Mens* 33
*Mens conſcia mali* 34
*Mens recti conſcia* 33
*Menſes* 191
*Meretrix* 89
*Miſericordia* 43
*Metus* 164
Μικρόκοσμος 37
*Minos, & eius munus* 19
*Miſeria* 165
*Moderatio* 159.218
*Modus* 145
*non Mœchus eris* 235
*Mœror* 217
*Mora* 168
*Mores* 106
*Mors* 40.116.215
*poſt Mortem puniri qui nõ purgarint ſcelus* 141
*Morum elegantia & ciuilitas* 95
*Mulier* 211
*Mulier bona* 90
*Mulier dotata* 95
*Mulier mala* 92
*Munditia* 95
*Mundum ex elementis conſtare* 37
*Munerum corruptela* 143
*Muſarum inuenta* 196
*Muſarum ſtudium* 47
*Mutari omnia* 39
*Mutuum* 222

N.

*NAtales* 107
*Natali die ſacro & orandum & ſacrificandum* 233




Ayuntamiento de Madrid

*Natura hominum corrupta* 63
*Natura humana excellentia* 13
*Neceſſitas* 208
*Negligentiam obeſſe* 186
*Nobilis* 214
*Nobilitas vera* 107
*Noſce teipſum* 99
*Noua* 186
*Nouerca* 218
*Nupta non concupiſcenda* 235
*Nupti* 210

O.

*Obliuio* 72
*Obſequium* 157
*Obtrectatio* 132
*Occaſio* 187
*non Occiſor eris* 234
*Occulta* 217
*Odium* 161.214
*Officij meminiſſe accipientem, dantem obliuiſci decet* 134
*Opes* 136.194.221
*Orandum die ſacro* 228
*Orandum quid à Deo?* 137
*Oratio* 217
*Otium bonum* 76
*Otium ignauum.* 74

P.

*Pædagogia* 183
*Paradiſum, ſeu beatorũ locum inueniri* 241
*Parentes* 212
*Parentes honorandi* 234
*erga Parentes liberorum officium* 50
*erga Parentes impietas* 21
*Parſimonia* 143
*malè Parta* 142
*Patientia* 163
*Patria* 106
*Pauper* 144
*Paupertas* 144.221
*Paupertas ingenium acuit* 156
*Pax* 96.130
*Peccandi voluntatem pro crimine haberi* 234
*Peccanti non præſtandum obſequium* 33
*Peccatum* 208
*Pecunia* 136
*Periurium* 21.132
*Philautia* 162
*Philoſophiæ vis & vſus* 46
*Pietas* 214
*Pœna* 105
*Pœnitentia* 218.239
*Pœnitentiæ & occaſionis ſimulachrum* 187
*Poëtarum excellentia* 56
*Poëtarum laus* 223
*Populus* 212
*Potentia expoſita malis* 155
*Præcepta* 58
*Præda* 140

Pra-

Ayuntamiento de Madrid

Præſentia faſtidii 42
Preces 214
Preces agendæ 239
Principiu inſtitutio 65
Principis officium 70
Principum vitia conſpicua 71
Præcipitatio 168
Principium 174
Probus vir 27
Proditio 21
Prometheus 26
Promiſſa 190
Prudentia 221
Publicanda non eſſe malefacta 237
Pudicitia 162
Pudicus amor 87
Pudor 162
Puerile ſtudium 48
Pueritia 42.179
Pulchritudo 216
qui non Purgarint ſcelus poſt mortem puniri 241

Q.

Quales eſſe oporteat 238
Quies 174

R.

Ratio 66
Regnum 103
Rex 102.209
Rhadamanthus 20
Riſus 210
Ruſtica vita encomiũ 152

S.

Sabbatha ſanctifices 233
Sacra non tangenda à profanis 239
Sacrificandum die ſacro 228
Sanitas 224
Sapere 98
Sapere alieno periculo 99
Sapiens 98
Sapientia 97
Sceleratus 32
Scelus 31
Scelera non cogitanda 242
Seditio 21
Senectus 42.179.180.210
Senes venerandi 182
Serui 196.213
Seruorum imperium 197
Signa cæleſtia 192
Silentium 222
Similis ſimili gaudet 126
Simulatio 131
Siſiphus 26
Sobrietas 78
Somnus 172.224
Sors 141
Sorte ſua nemo contentus 142
Spes 166
Stellæ 192
Studium humanitatis 230
Studium Muſarum & artium bonarum 47
Studium puerile 48

Stu

Ayuntamiento de Madrid

Studio ſuo quiſque delectatur 126
Stultitia 99
Stylus 51
Superbia 114.236
Superi quibus rebus colendi. 112

T.

TAciturnitas 131
Temeritas 165
Tempus 174.215
Tempus edax rerum 175
Tempus ſpectandum 187
Tempus volatile 13
Teſtes 133
Teſtis iniquus ne ſit 235
Timor ſiue metus 164
Tiſiphone 20
Tolerantia 224
Tyrannis 26.67.101

V.

VEnena nō danda 237
Veritas 131.208
Verſus molles legere nō eſſe ſacinus 239
Vetera, & vetuſtate quadā commendari. 186
Via 51
Vicinitas 188
Vindicta 164
Vindictam queri non debere 240
Vinum 77
Supra vires nihil 73
Virilis ætas 42.179
Virtus 9.12.65.208
Virtutis & voluptatis deſcriptio 12
Vis 101
Vita 214
Vita hominum miſera 39
Vita ruſticæ encomium 153
Vitium 15
Vitia pro virtutibus 17
Vitia aliorum facile cerni, noſtra non item 16
ad Vitia facilis aditus 17
Vituperium 222
Voluntas 156
Voluntatem peccandi pro crimine haberi 239
Volūtate ſola etiam Deum gaudere 232
Voluptas 12.76.215
Voluptatis & virtutis deſcriptio 12
Vota agenda 239
Vrbs munita quæ? 190
Vſu omnia conſumi 186
Vſum rerum prodeſſe 186
Vulgi ſtultū iudicium 109

FINIS.

Pag. 5. verſ. 5. lege, quo diutius.

Ayuntamiento de Madrid

EXCVDEBAT ANTVERPIAE
CHRISTOPHORVS PLAN-
TINVS ANNO M. D. LXVI.
QVINTO NON. IVLII.

Ayuntamiento de Madrid

Theodoricus apud Cassiodorum 2 Vari.

Ep. 22. Et quitam nobis placitum in

vende: non queras depositare nostra sed

posses debitae vicinitas, quando lauda

bilium a parte [illegible] [illegible]

sia non habemus, [illegible] [illegible]

ca offensionis [illegible] est, et quia [illegible]

[illegible] si supplices superare contingit

S S S S M

Que quieres Buen [illegible]

Juan [illegible]

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid